

matione assumitur, unde concedit, negationem efficiendi in alio supposito aptitudinaliter convenire naturam singulari ex seipsa, & esse ab ipsa inseparabilem, & solum negationem efficiendi in alio ad altera esse separabilem, necque illi convenire ex se, sed ratione voluntatis divinae ipsam non assumens, nec in alio supposito ponens, unde tandem concludere videtur solum negationem actualis communicationis pertinere ad formalitatem personam, aliam vero non nisi fundamentalem, & presuppositivam, quatenus natura, quoniam non habet actualem communicationem cum alieno supposito, supponitur; quod nec habeat aptitudinalem, quam solutionem sequitur etiam Ponticus disp. 18. cit. num. 77. si cum satis intelligi, nam satis obscure loquitur, ac etiam Aret. facere videtur 3. d. 1. qu. 1. art. 12. nam cum proposuisset primum argumentum Doctoris contra opinionem de negativo, quod scilicet nequeat personalitas solum negationem actualis communicationis importare, quia tunc anima separata esset persona, & cum Doctore respondisset argumentum ab insufficienti procedere, quia ad rem personam non sufficit negatio actualis dependentiae, sed requiritur etiam negatio dependentiae aptitudinalis, quam anima separata non habet, quia dependet aptitudinaliter ab corpore; subdit, quod etiam esse anima utramque negationem habere, adhuc tamen personam non esset, quia est substantia incompleta, at illud, quod persona appellari debet, ultra duplicem illam dependentiam negationem, oportet quod sit substantia completa, & alteri inniti haud apta, quod animae separatae non competit; & quidem argumentum propositum cum sua confirmatione hoc mihi convincere, immo & extorquere videtur.

58. Immo & ipse Doctor quol. 19. art. 3. lit. Y. clarissimis verbis concedit totum id, quod argumentum propositum contendit, dum ait, ad personalitatem igitur propriam creatam oportet concurrere duas negationes primam, & tertiam (prima autem erat, ut ipse praenoverat, negatio dependentiae actualis ad alienum suppositum, & tertia erat negatio dependentiae aptitudinalis) ita quod tertia est quasi habitualis necessaria, conveniens naturae, cui convenit, sive sit constituta in se, sive in persona aliena, sed alia negatio scilicet actualis dependentiae superveniens illi negationi completi personalitatem propriam; ita Doctor loc. citat. quibus verbis mani fesse fatetur talem negationem dependentiae aptitudinalis ad alienum suppositum de se, & necessario convenire naturae, non autem contingenter, & separabiliter ratione alicuius superadditi naturae, & ab ea separabilis, qualis est personalitas in natura creata; haec igitur solutio mihi videtur bona, & necessaria, neque Doctorem voluisse illam negationem aptitudinalis dependentiae concurrere ad personalitatem, nisi fundamentaliter, & presuppositivam, ut innuit ultimis verbis relatis, sed alia negatio, scilicet actualis dependentiae superveniens illi negationi completi personalitatem propriam, unde patet, quod ipse voluit tantum negationem aptitudinalis dependentiae ad alienum suppositum, & presuppositivam, & fundamentaliter spectare ad personalitatem, quatenus negatio in natura creata actualis dependentiae ad alienum suppositum rationem personalitatis non habet, nisi prius intelligatur subiectum eius inaptum esse ad dependendum ab alieno supposito, quod etiam Doctor indicavit 3. d. 1. qu. 1. art. 12. dicens sub lit. E. negationem aptitudinalis huius dependentiae concedi debere in natura creata in se personata ad Verbum, ne violenter dicatur esse in proprio supposito, sicut lapis violenter quiete solum; quibus verbis significat hanc negationem non spectare formaliter, & directe ad rationem personalitatis, sed materialiter tantum, & presuppositivam modo nunc explicato, ne natura violenter in proprio supposito quiete dicatur, sicut lapis solum; non autem quia formaliter constituitur et per se cum negatione actualis dependentiae rationem suppositi, & personae.

59. Dices, si ex hoc capite necessaria est in natura in se personata negatio dependentiae aptitudinalis ad alienum suppositum; ergo quando personatum in alieno supposito erit in eo violentum, quod est falsum; quia tunc natura humana violenter quiete dicitur in Verbo; ergo haec negatio dependentiae aptitudinalis ad alienum suppositum nullo modo requiritur ad rationem personae creatae. Respondent quidam ex Scoto ibid. lit. F. hoc non sequi, quia licet non sit aptitudo naturalis naturae creatae ad dependendum a divino supposito, est tamen aptitudo obedientiae, quia natura illa est in perfecta obedientia ad dependendum per actionem agentis supernaturalis. Haec tamen responsio non satisfacit, quia Doctor in 3. d. 27. F. concedit, quod si aqua per potentiam obedientialem solum accenderet, adhuc talis accessus foret sibi violentus; ex quo dixi disp. 6. Phycor. qu. 1. art. 1. num. 14. & disp. 12. num. 15. potentiam obedientialem in rebus non sufficere ad tollendam simplicitatem violentiam, quando a Deo moventur contra proprias, ac in naturas inclinationes; neque Doctor cit. 3. d. 1. qu. 1. F. docet oppositum, non enim ibi per aptitudinem, quam vocat obedientiam, intendit excludere a natura creatam violentiam ad existendum in alieno supposito, sed tantum non repugnantiam; ut ponatur in eo, sive id contingat cum violentia, sive non; haec enim sunt eius verba, nec tamen haec independentiam aptitudinalis ponit repugnantiam ad dependendum aequali, quia licet non sit aptitudo talis naturae ad dependendum, est tamen aptitudo obedientiae, quia natura illa est in perfecta obedientia etc. ait igitur potentiam obedientiam excludere a natura creata non repugnantiam, ut ponatur in alieno supposito, non autem inquit, quod excludat violentiam.

60. Variæ sunt solutiones; & glossæ Scotistarum ad hanc diffi-

cultatem, vera tamen solutio, ex ipsa Doctoris littera colligitur, non enim Doctor cum ponit in natura creata aptitudinem ad propriam subsistentiam, & inaptitudinem ad alienam, loquitur de aptitudine, ut dicit simplicem passivam inclinationem ad aliquam formam recipiendam, & per inaptitudinem simplicem negationem talis aptitudinis, sed loquitur de aptitudine, & inclinatione, ut ajunt, activa, quae nempe conjuncta est cum virtute activa acquirendi illam formam, ad quam passum habet inclinationem, & per inaptitudinem intelligit negationem talis aptitudinis, hoc autem colligitur ex verbis ipsius ita scribentis loc. citat. 3. d. 1. art. 1. artic. 38. lit. E. *distinguendum est inter dependentiam actualiorem, potentialem, & aptitudinalem, & hoc modo aptitudinalem, quae semper quantum ad se de se est in actu, quomodo proprie aptitudinem est esse in centro, ubi semper est quantum ad se de se, nisi esset impeditum, ubi, ut vides, aptitudinem accipit quodam speciali sensu, quo quidem modo anima separata non habet aptitudinem ad corpus, quia anima nequit seipsam unire corpori, sed indiget opo exteriori agentis; grave autem est ita ascendendum deorsum, ut simul cum aptitudine, & inclinatione indicat quoque habeat virtutem activam de faciendo deorsum, & sibi fatim acquirere talem perfectionem, nisi impediatur ab agente extrinseco illud solum detinente; hanc ergo aptitudinem, seu inclinationem activam intendit negare Doctor in natura creata ad unionem hypostaticam, & ad dependendum a Verbo, non autem aptitudinem sumptam pro sola propensione, & inclinatione passiva rei, alioquin expressè sibi contradiceret, cum talem aptitudinem, & naturalem inclinationem admittat in entibus ordinis naturalis ad perfectiones super naturales quol. 1. prol. & sic etiam intelligendus est, cum quol. 19. art. 3. sub lit. V. negat in natura creata aptitudinem ad formas supernaturales, ut ibi Gadius exponit; natura igitur creata in verbo suppositata non dicitur ibi violentem obedientialem passivam, sed etiam aliquam propensionem; sed quia hanc non habet cum virtute activa eam sibi acquirendi, sicut habet ad subsistentiam propriam, in hoc sensu dici potest in Verbo pati violentiam quamdam secundum quod, non tamen simpliciter, quia violentia simpliciter in passu attenditur contra principium passivum, de quo principaliter dicitur natura, non contra activum, de quo dicitur minus principaliter, ut dixi disp. 6. Phycor. qu. 1. art. 1. immo tenendo cum communiori Scotistarum, quod natura praecise dicitur de principio passivo, & quod nulla violentia dicitur contra principium activum, tunc natura in Verbo nulla absolute patetur violentiam, attamen quod etiam dicitur aliqua violentia contra principium activum colligitur expressè ex Doctore loc. cit. 3. d. 1. qu. 1. art. 3. quol. 19. dum ait lapidem solum detineri violentem, nedum quia habet inclinationem passivam ad esse deorsum, sed etiam quia cum tali passiva inclinatione habet virtutem activam, qua statim faceret se deorsum, nisi impederetur ab extrinseco agente. Alii dicunt naturam in Verbo nullam proliis violentiam pati, quia ab eo accipit subsistentiam longe perfectiorem sua propria sibi debita, quod approbat Lichet. 3. distinctione 1. qu. 1.*

QUESTIO IV.

*An subsistentia natura superaddita sit quid positivum, vel negativum.*

61. Conveniunt omnes ferè Theologi contra Durand. Aurocl. alioque Nominales subsistentiam, sive suppositalem supra naturam singularem, quam reddit subsistentem, aliquid reale superaddere, quod etiam ab ipsa separari possit saltem per potentiam divinam, ut factum esse in Incarnationis mysterio Fidei faciunt. Conveniunt item omnes suppositalem, sive personalitatem addere naturae singulari negationem dependentiae ad alienum suppositum, sive sit una, sive plures, parum refert ad propositum, quia de se satis exploratum est eo ipso, quod natura aliqua in se subsistit, non esse unitam hypostaticè supposito extrinseco eo modo, quo nunc natura assumpta unita dicitur Verbo divino, atque idè habere in se negationem talis unionis, & communicationis ad alienum suppositum; omnes, inquam, Theologi in hoc conveniunt, sed difficultas est, a personalitas addat praecise supra naturam hanc realem negationem, vel potius aliquid etiam personae unitatem, quae habeat rationem modi, vel rei, parum refert, per quam natura reddatur formaliter incommunicabilis alteri supposito, & ad quam sequatur praedicta una, vel duplex negatio communicationis ad illud, primam partem defendunt Ockham tertio, distinctione prima, quaestione prima, ubi Rubion, Marfilis, & alii Nominales, alteram partem communiter defendunt Thomistae 3. part. qu. 4. artic. 2. ubi Cajetan, cum aliis ex Dominicana familia; item PP. Societatis communiter Suarez disp. 34. Metaph. sect. 2. & in 3. part. loc. cit. Vasquez ibid. tom. 1. disp. 31. Card. de Lugodisp. 12. de Incarnat. sect. 2. Huet. d. 1. disp. 11. Metaph. sect. 2. Arriag. disp. 4. Metaph. sect. 2. Oviéd. controvers. 6. Metaph. l. 2. par. 2. Averta qu. 1. 18. Phil. sect. 2. Blasius Concept. disp. 8. Metaph. qu. 2. Jo. de S. Thom. qu. 7. Phyl. art. 1. Ripa de ente, & essentia cap. 5. qu. 3. ubi rursus Cajetan, & alii Thomistae Ferrar. contra Gentes cap. 42. Capreol. 3. d. 1. qu. 1. art. 3. & alii quamplures etiam extra Thomistarum Scholam.

62. Scotus in 3. d. 1. qu. 1. art. 3. utramque opinionem videtur iudicasse probabilem, inquires enim ibi, quid sit illud quod supponitur vel persona addit supra naturam, & quod formaliter, dicitur suppositata in se, & personata, an scilicet sit quid positivum, vel potius negativum, ait, *quid autem sit illud proprium, quo natura dicitur in se personata, non videtur vis probabile.* Hinc Scotistae inter se sunt divisi circa mentem Doctoris in hoc puncto, alii enim centent de mente Scoti utramque opinionem esse aequè probabilem, & idè arguments solvunt pro utraque parte, alii concedunt utique iudicasse probabilem opinionem de negativo, sed probabiliorem oppositam de positivo, & idè hanc praecise defendunt, ut Lich. 3. d. 1. qu. 1. Rada in 3. controvers. 1. art. 1. Centius super disp. 11. de Incarn. c. 5. Herrer. in 2. sent. & in manuali Theologico. Alii è contra concedunt apud Doctorem fuisse probabilem opinionem de positivo, sed longè probabiliorem aliam de negativo, & idè hanc praecise amplectuntur, ut Aretin. 3. d. 1. qu. 1. art. 12. Vulp. tom. 3. part. 1. disp. 63. art. 2. & alii quamplures. Alii tandem absolute negant, Scotum in hac re fuisse problematicum, & dicitur firmiter adhaesisse opinioni de negativo, ut Faber in 3. d. 1. qu. 1. disp. 3. Meurille lib. 3. sue Metaph. qu. 4. Ponticus tom. 3. Phyl. Curfus disp. 18. qu. 6. num. 91. ubi ait, quod licet Scotus oppositam sententiam vocet probabilem, ex hoc non sequi, quod ipse eam probabiliter teneret, voluerit, nam nos etiam putamus multas sententias Thomistarum probabiles, quas tamen non fulcimus ipsi probabiliter, & in hoc etiam sensu eam sequuntur antiquiores Scotistae Bassol. 3. d. 1. qu. 1. art. 1. Mair. qu. 1. & alii.

ARTICULUS I.

*Opinio de positivo est probabilis.*

63. Non loquor hic de probabilitate huius opinionis in se, nam & numerus, & quod est magis, est gravitas Auctorum eam tenentium, & probabilitas rationum, quibus propugnatur, satis offendunt ejus probabilitatem; sed loquor de ejus probabilitate etiam in schola Subtilium, & in sententia Scoti, & dico vera hanc opinionem non esse proliis alienam a mente Doctoris, immo eam iudicasse probabilem, & quamvis oppositam censuerit probabilem, non tamen hanc improbabilem tenuisse, sed sub titulo probabilitatis reliquisse. Haec conclusio ponitur contra Fabrum, alioque Scotistas negare auctores Doctorem fuisse in hac controversia problematicum, & adhaerens eum ad eò firmiter adhaesisse opinioni de negativo, ut oppositam de positivo penitus censuerit improbabilem; & clarè colligitur ex expressis verbis Doctoris iam allegatis ex 3. d. 1. qu. 1. art. 3. §. *Idè propter istam*, ubi has duas vias, vel opiniones de positivo, & negativo vocat probabiles, & inferius in eodem articulo procedendo ad resolutionem quæstionis sub lit. E. utitur verbo problematico non asserendo, quod quidem loquendi modo plane indicare nolit in eodem gradu probabilitatis habuisse. Doctorem utramque opinionem, ut nonnulli Scotistae deducunt, sed solum non addè declinare ad opinionem de negativo, ut oppositam penitus abhorreere videretur. Idè quoque indicat modus ille loquendi de subsistentia, quo utitur quol. 5. lit. V. ubi declarat plures subsistentiæ modos ait, subsistere esse æquivocum, uno enim modo accipitur pro per se esse, alio modo pro incommunicabiliter per se esse, sequens incommunicabile intelligitur non quasi subsistens, sed quasi inherens subsistenti, & quasi modum inherens habens; hoc autem nequit intelligi de duplici illi negatione, quia nullum esse positivam dici potest quasi inherens negativo, sed debet de positiva entitate explicari, quam personalitas, vel suppositalitas naturae superaddit, eique ipsa natura imitatur. Idè rursus colligitur ex illo loquendi modo, quo utitur 3. d. 1. qu. 1. art. 3. prim. & quol. 19. dum inquit, naturam sustentari in supposito, & ad supposito dependere, unionemque hypostaticam ait esse relationem sustentantem ad sustentantem, nam ite loquendi modus, ut supra dictum est, ab eis solum usurpari potest, qui tenet effectum formalem subsistentiae esse positivum, & subsistentia quod positivum importare; quia phrasia illa indicat subsistentiam aliquid reale minus erga naturam exercere, ac positivum; cum ergo Doctor admittat talem loquendi modum, ut idoneum, ac eo sequenter etiam ipse utatur, argumentum est, illam opinionem, ut probabilem, admississe.

64. Deinde Scot. 3. d. 1. qu. 1. art. 3. inferius probabiliter suppositum creatum posse terminare dependentiam alterius naturae creatae, sed haec opinio nequit consistere, nisi asseratur subsistentiam dici quod positivum; ergo sententia de positivo probabilis est in sua doctrina. Minor probatur, quia ista unio fieret in persona, non in natura, tunc sic, vel talis unio ad aliqum terminatur, vel ad nihil; si primum, habetur intentum, si secundum, ergo non ens terminaret realem dependentiam entis positivi, quod implicat. Resp. Faber disp. 2. cit. cap. 5. & sequitur Meurris. cit. qu. 4. negando minorem, ad probationem inquit terminum illius unionis formalem esse duplicem negationem praedictam, & terminum materialem esse naturam singularem, ex quibus integratur terminus adqueatus; nam sicut materia prima (inquit) sine privatione nequit esse subiectum potens recipere formam; per privationem autem fit formaliter potens, ita natura singularis sine illa duplici incommunicabilitate non potest

formaliter assumere ad sui unionem in persona aliam naturam, quia tunc non esset formaliter in se persona. Inferius tamen in eodem cap. ad 6. declarat quomodo possit Verbum supplere suppositum creatum, inquit, quod suppositum creatum, seu modus ille efficiendi naturae incommunicabiliter est aliquid reale, licet non positivum, sed negativum, & hinc falsum est anionem illam ad nihil terminari.

65. Haec tamen responsio non satisfacit, hoc enim est, quod argumentum probat negationem, scilicet esse non posse rationem formalem terminandi realem relationem, & parum refert, quod natura singularis concurrat ut terminus materialis, & medius, quia tota difficultas est de termino formali, & immediato, qui est personalitas, ad hoc enim terminus materialis, & medius se habeat mere per accidens, & remotè. Quod verò subdit in comprobationem suae solutionis Faber de materia, quod sit subiectum formae per privationem, & per eam fiat formaliter potens recipere formam, est omnino falsum; nam materia est subiectum formae, quoad illi substat, & tamen tunc non adesset privatio, quia recessit in adventu formae, cum sit incommunicabilis; neque minus per eam fit formaliter potens recipere formam, esse enim subiectum potens ad recipiendam formam est quid positivum, cum relationem dicat realem ad formam, ergo nequit per aliquod positivum constitui, quod autem Fabrum decepti, fuit vulgaris loquendi modus, quo dicitur tunc tantum materiam esse in potentia ad formam, quando illa caret, eamque recipere potest; quod quidem non impedit, ne potentia re vera perleveret in materia adhuc in adventu adus, & post recessum privationis; ut declarat disp. 6. Metaphysic. qu. 5. num. 10. ubi etiam explicat sensum vulgaris illius dicit, Dices; relationem realem terminari posse ad terminum non realem, nec actu existentem ex dictis disput. 8. Logic. qu. 1. art. 6. art. 1. Contra, quia id ad summum ibi concellum est de relationibus transcendentalibus, & praedicamentibus verò minime, immo dictum est ibi, relationem praedicamentalem petere necessarium terminum realem, & actu existentem, talis autem unio naturae assumptae ad suppositum creatum esset relatio actualis, & praedicamentalis ex dictis disput. 5. Phyl. qu. 9. de unione substantiali. Tum quia quando etiam concederetur relationem realem posse esse ad terminum non realem, & ad puram negationem, hoc tamen de fundamento asseri non potest, quia fundamentum nequit esse minoris entitatis, quam sit fundamentum in ipso, sed illa unio, quae esset inter naturam assumptam, & suppositum creatum assumentem esset relatio mutua, & realis ex parte utriusque extremi ad eorum limitationem, & idè in supposito assumentem fundari non posset in pura negatione, ut in fundamento proximo, & immediato, seu in ratione fundandi.

66. Neque etiam satisfacit alia solutio, quam innuit, quod nempe duplex illa negatio, in qua consistit personalitas, sit ens reale saltem privativum, & negativum, ideoque relationem realem terminare possit; nam in primis falsum est, quod aliqua privatio, vel negatio ex eo, quod datur a parte rei, citra quamvis intellectus operationem, possit dici ens reale privativum, vel negativum, quia ens reale ut sic dicitur conceptum positivum, atque idè repugnat, & est veluti implicans in adjecto dividere ens reale in positivum, & negativum, esset enim perinde ac si aliquid divideretur in seipsum, & in oppositum sui ipsius; ex hoc igitur quod aliqua privatio, vel negatio datur a parte rei in subiecto, ut caecitas in oculo, tenebra in aere ante omnem intellectus operationem, inferri non debet esse ens reale privativum, vel negativum, sed tantum esse privationem realem, esse realem negationem; ut ex instructo dictum est supra. Phyl. qu. 1. art. 1. & in hoc sensu hic nos quoque dicimus subsistentiam, vel personalitatem creatam addere aliquid reale privativum, vel negativum, sed duplex negatio sit aliquid reale supra naturam, non quod illa quae est negatio a parte rei formaliter reperta in natura, & non per opus intellectus, quia a parte rei, tunc natura non est unita, & communicata extrinseco supposito. Sed quando etiam hoc totum concederetur, adhuc argumentum non solvitur, quia illa unio naturae assumptae ad suppositum creatum assumentem quae esset unio realis, ac ens reale positivum, ergo adhuc fundari non posset, aut terminare ad ens reale negativum duntaxat, quia nequit fundamentum esse minoris entitatis fundato super ipsum.

67. Respondent proinde alii Scotistae negando, quod possit suppositum creatum terminare dependentiam alterius naturae, & negant Scotum id asseruisse, vel saltem probabiliter dixisse loc. citat. 3. d. 1. qu. 1. art. 3. quia ut constat ex ipsa littera nihil de hoc puncto ibi asseruisse resolvit, sed dubium manifestum. Verum neque id satisfacit, immò potius confirmat, quod dicimus, Doctorem iudicasse probabilem sententiam de positivo, si enim illam totaliter abjecisset, ut improbabilem, de illo puncto dubium non manifestet, sed resolutè negaret posse suppositum creatum terminare dependentiam alterius naturae, quandoquidem certum fit, unionem realem ad negationem terminari non posse. Respondet Ponticus qu. 18. cit. num. 132. Doctorem non manifestè dubium in hoc puncto esse suppositionem suae sententiae de configuratione personae per negationem, quia in ea sententia nulla poterat de hoc esse dubitatio, cum certum sit, nullam relationem realem ad puram negationem terminari posse vel in ea fundari, sed inquit manifestè dubium ex suppositione sententiae communioris de configuratione.



Atque personae creatae per postum, in qua adhuc sententia res proflus est dubia. Sed ex neutro capite manifestus dubius Doctor in hoc puncto, non enim potuit ex primo capite manere dubius, scilicet ex suppositione sententiae de negativo, quia iuxta hanc viam exploratum est suppositum creatum alterius naturae dependentiam terminare non posse, ut satis probat ratio dubitanti proposita; sed neque etiam ex alio capite, quia iuxta aliam sententiam de positivo falsum est, rem adhuc esse proflus dubiam, immo potius est certa, & explorata pars affirmativa, quia nulla sufficiens ratio repugnantiae assignari potest, cur non heri nequeat, quare potius dicendum, & Doctorem in resolutione illius dubii manifeste dubium, & problematicè processisse, quia eius resolutio pendebat ex divisione illius quaestiones, aut personalem dicit quod postivum, vel negativum, & quia utraque pars apud eum probabilis erat, idcirco resolutio illius quaestio dubius manifeste, relinquens decisionem ad utrumlibet iuxta unam, vel alteram viam, ut optime adnotavit P. Bellatus Collega meus tract. de Incarn. disp. 3. q. 2. n. 16.

63. Praeterea hoc ipsum probare contendit Centinus argumentum, ut ipse inquit, non vulgari, nam Doctor in 1. d. 26. loquens de constitutivis divinarum personarum ait per relationes, quae sunt quid postivum constituit; non ergo potest Doctor asserere tenere in 3. sentent. quod persona per negationem constituitur, quia tunc sibi inconstans esset; ergo vel solam opinionem de positivo amplecti tenetur, vel saltem ut probabilem approbare. Hoc tamen argumentum est omnino vulgare, & solvitur ab eodem Doctore loco citat. in 3. dist. 1. quaest. 1. §. per hoc ad argumenta, ubi negat paritatem de divina, & humana persona, quia humana & creata dicit tantum duplicem negationem communicationis ad alienum suppositum, actualem, scilicet & aptitudinali, non vero potentialem, quia non dicit repugnantiam ad sic affigi, ac divina persona dicit ultra illas negationes etiam repugnantiam, & quia repugnantia ad aliquam affirmationem non convenit alicui subiecto, nisi ob oppositam affirmationem sibi intrinsicè, & necessario competentem, & propter aliquam entitatem postivam, hinc est quod divina persona debet necessario constitui per aliquid postivum, non sic humana.

At Centinus loco citato hanc responsum affert ex Fabri, & tanquam esset Fabri, & non potius ipsius Scoti, eam impugnat hoc pacto, ratio personae ex Scoto in 3. nihil dicit in communi postivum; ergo nec in divinis quid postivum dicit per regulam Scoti, quaequeque talia sunt, ubiqueque ponuntur, sunt ratio; si ergo ratio personae postivae non existit in postivo, five divina sit, five creata persona entitatem postivam non admittet. Adde (inquit Centinus) quod personarum disparitatem Scotus in 3. non penes constitutum, sed penes maiorem, vel minorum negationem implicatiam desumit, etenim divinae personae quaequeque dependentiam spernunt, five actualem, five aptitudinalem, five potentialem, creatae vero, & humanae potentialem non renunt, sicut enim divina voluntatis imperio obedientiam potestati subiectionem. Hac replica minus valet argumento principali, nam falsum assumit, quod ratio personae, ut sic, & in communi ad creatam, & increatam nihil postivum dicit, sed dicit negationem ex Scoto in tertio sentent. dist. 1. quaest. 1. cum enim ibi Doctor ait personam negationibus constitui in ratione personae aperte, & non semel protelatur se loqui de persona creata, non de persona divina, aut ponere in communi ad utramque. Et falsum insuper est ponere ibi Doctorem discrimen inter personam creatam, & divinam penes tantum plures, vel pauciores negationes importatas, non penes constitutum, ubi inquam, falsum est, nam ex hoc quod divina persona habet simpliciter repugnantiam ad communicari alieno supposito, non sic humana; dedit illam debere constitui per aliquid postivum, non vero istam. Contra, rursum instat Centinus, quia ratio personae, ut sic, est aliquid pacto univoca divinae, & creatae, ut concedit Doctor 3. dist. 1. quaest. 1. lit. G. si ergo persona, ut sic in communi, dicit quid postivum, habetur intentum, si negativum, ergo divina persona constituitur per negativum, quod Doctor negavit in 1. dist. 16. Ad hanc quoque replicam occurrit ipse Doctor loco citato ab arguente, immo movet ibi Scotus difficultatem hanc in terminis, quia constituto personam creatam formaliter per negationes, & divinam per aliquid postivum, tunc non videtur persona esse univoca in divinis, & in creaturis, quia est ibi aliquid formaliter incommunicabile, omnino, hic autem non respondet, inquam, Doctor, quod ratio personae, ut sic, ut dicit duplicem negationem nempe communicationis actualem, & aptitudinalis, est univoca Deo, & creaturae, five personae divinae, & creationum lingularum, propter quod aliam causam assumit, nempe naturam lingulari; eos oportere aliam causam quaerere, quare persona non potest assumi, sed istud suppositum est improbatum q. 1. & contra istud bene vadit ratio illa, quae talis est de divisione substantiae, & accidentis, & substantiae triplex, haec Doctor, ex quibus patet firmiter adhaesisse opinioni de negativo, & oppositam improbare.

71. Ad argumentum Fabri respondet Centinus confessionem esse voluntariam, nam si utramque partem probabilem putaret Doctor, potuit pro libito eam tueri tantum, quae majoribus irretita videbatur difficultatum laqueis reliquam actionum censuram remittens. 69. Dices, si ergo persona, ut dicit duplicem negationem communicationis, scilicet actualem, & aptitudinalis, est univoca communis creatae, & divinae, ergo dari poterit conceptus praescindens a positivo, & negativo quod disputat. 2. de natura entis quaest. 9. artic. 3. refutatum est, proferat consequentia, quia persona creata est quid negativum pro formalis, divina vero est quid postivum. Resp. negando consequentiam, quia conceptus personae in communi ad creatam, & increatam negativum, & incrementum illam duplicem negationem est praesens conceptus negativus, & convenit personae, ut praesens dicit illam duplicem negationem, non autem, ut dicit aliquid postivum, & idcirco falsum est conceptum illum personae in communi, ut sic, praescindere a positivo, & negativo, nam est praesens negativus; Neque disputat. 2. de natura entis quaest. 2. artic. 3. absolute negari dari posse conceptum aliquem praescindens a positivo, & negativo, immo id concessit de conceptu principii in fieri disputat. 1. Phys. quaest. 7. conclus. 2. sed praesens hoc ibi dicitur esse de conceptu entis realis, quia ens reale, ut sic, ex suo formali conceptu quid postivum dicit, & idcirco implicat esse de se praesens a positivo, & negativo; unde sicut loco citato in Physica idcirco concessit conceptum principii in fieri communi univocae materiae formae, & privationi a positivo, & negativo praescindens; quia ratio principii in fieri, ut sic, non necessario dicit ordinem; vel habitudinem postivam principii ad principiatum, sed ab utroque praescindit, & aequè bene salvari potest in materia, forma, & privatione, quo etiam pacto ibi discurrebam de genere moris, ut moralitas est quod commune univocum ad species bonitatis, & malitiae, quae formaliter in privatione consistit, sic etiam in proposito dicitur posse dari conceptum personae univocum divinis, & humanis, qui a positivo, & negativo praescindat, quia persona, ut sic, de suo conceptu formali non dicit necessario quid postivum, sicut dicit ens reale, & idcirco potest ab utroque praescindere, sicut dicitur de conceptu principii in fieri in genere physico, & de conceptu moralitatis in communi in genere moris, non ergo ex hac univocatione personae divinae, & humanae in ratione communi personae necessario deducitur Scotum amplecti debisse opinionem esse positivo circa personae creatae constitutum, ut deducebat Centinus, immo nec bene deducitur debuisse ob id opinionem illam approbare ut probabilem, nam potest adhuc salvari illa univocitas etiam praesens tenendo opinionem de negativo circa constitutionem personae creatae, & aliam totaliter reprobandam, ut modo ostendemus. 70. Postremo probabilis hujus sententiae de positivo in schola subtilium deduci debet ex gravitate Auditorum eam defendentium, nam eam tenet, & propugnat praecipuum inter omnes Scotistas, & Scoti expostor fidelissimus Lichez 3. dist. 1. q. 1. & 1. dist. 2. 3. cui etiam ibidem Bartolus adhaere videtur, item Rada part. 3. controvert. 1. art. 1. de Scotica doctrina valde benemeritis, & novissimus Mauritus Centinus Melitensis Episcopus, & inter Scotistas adhuc viventes non eleganter minus, quam tenaciter defendit eandem A. R. P. M. Moseus Gavatus Ferrariorum perpetuo amoris, & amicitiae vinculo mihi conjunctissimus, & in doctrina Scotica versatissimus, ut ostendunt subtilissimas Disputationes, quae editio de Peccato Originali, & Habituali, immo nedom ut probabilem eam citatur, sed etiam ut longè probabiliorem oppositam, in quo tamen puncto amicitiae veritatem praesere volo articulo sequenti; satis sit amicitiae datum, si in eius gratiam sententiam de positivo valde probabilem, nec a Scoto alioquam fateor, & declaro. Sed obit Fabri disp. 2. cit. cap. 3. quod Scotus 3. dist. 1. q. 1. utramque hanc opinionem adducit de positivo, & negativo, & rationes adducit pro utraque parte, sed confutat opinionem de positivo, & rationes pro ea solvit, non autem aliam de negativo confutat, nec rationes pro ea adductas dissolvit sed solum eam declarat quomodo intelligi debeat, ac defendi; ergo Scotus non fuit problematicus in hac re, sed assertive adhaesit opinioni de negativo. Deinde alium locum adducit Vulpes in 3. d. 5. q. 2. §. Ad aliam quaestionem, ubi determinat personam creatam non potuisse a Verbo assumi, sicut assumpta est natura singularis, & rationem adducit, quia in 1. q. dist. 1. dictum erat, quod personalem creatam dicit negationem dependentie actualem ad aliquid ad suppositum illius naturae, cum igitur contradictio sit, naturam actualiter dependere ad personam extrinsecam, & non dependere, naturam autem aliquam assumi esse ipsam actualiter dependere hac dependentia specialia, contradictio est ipsam assumi, & simul habere personalitatem propriam, & postea subdit Doctor haec verba; sed qui ponentem personam creatam creatam dicere aliquam entitatem postivam ultra naturam lingulari, propter quod aliam causam assumit, non tamen naturam lingulari; eos oportere aliam causam quaerere, quare persona non potest assumi, sed istud suppositum est improbatum q. 1. & contra istud bene vadit ratio illa, quae talis est de divisione substantiae, & accidentis, & substantiae triplex, haec Doctor, ex quibus patet firmiter adhaesisse opinioni de negativo, & oppositam improbare.

72. Quid haec opinio apud Scotum fuerit perpetuo probabilior opposita ex eo evidenter constat, quod hanc semper magis declarat, ac defendit, ut constat 3. dist. 1. quaest. 1. artic. 3. quod 19. artic. 3. & ubi difficultates emergunt in hac materia, semper eas solvit ex suppositione sententiae de negativo, ut patet 3. dist. 5. quaest. 2. lit. C. in ea difficultate, an persona creata possit assumi, ubi etiam dicit sententiam de positivo fuisse sufficienter improbatam dist. 1. quaest. 1. quantum sufficit ne dicitur probabilior ista, & 1. dist. 2. quaest. 2. C. & dist. 19. & ubi quaeque loquitur de supposito semper definit esse illud, quod est incommunicabile, ut quod, & ut quo, tam actualiter quam aptitudinaliter, non tamen potentialiter loquendo de supposito creato, & 3. dist. 6. quaest. 1. lit. B. ait substantiam ultra existentiam nihil addere nisi negationem duplicis dependentiae actualis, & aptitudinalis; quod ergo haec fuerit mens Doctores nostri, nullus remaneat ambigendi locus. Quod etiam in schola subtilium haec sit probabilior patet, nam tribus, vel quatuor Scotistis exceptis iam citatis aliis passim tuerentur sententiam de negativo, velut absolute viorem, vel saltem ut probabilior, ita Bals. Tatar. Mairon. Faber. Meursi. Poncius. Bellatus Callega meus tract. de Incarnat. disputat. 1. quaest. 1. & alii frequent. Neque haec sententia est probabilis solum in schola subtilium, sed etiam Nominalium, & aliorum, unde Vvandingus Societatis Jesu Theologus (referente Poncio disputat. 2. de Incarnat. numer. 39.) ait esse communem inter Scholasticos, & teneri a D. Thoma, & Patribus, & numer. 47. ait se legisse triginta octo Doctores eam ex professo tenentes, unde falsè inquit aliqui Recentes hanc sententiam de negativo extra cancellos nostrae scholae non exire.

73. Et eisdem hujus sententiae probabilis sufficienter deduci potest ex dictis quaest. praecedentibus ubi ostendemus est rationem substantiae, & suppositivitalis formaliter consistere in negationem communicationis naturae singularis ad aliud suppositum, nec ullum effectum postivum circa naturam singularem exercere sed merè negativum reddendo eam incommunicabilem, vel incommunicatam alteri supposito, ut nota definitio personae, vel suppositi ibidem tradita numer. 39. ex Boetio, & Riccard. & ab omni schola recepta, quod fit intellectualis naturae incommunicabilis existentia, naturae singulari convenire potest ex infero, si cum hac praesens negatione intelligatur nullo positivo adhaerendo; nam eo ipso esse substantia singularis in se, & per se existens, & subsistens, & nulli alteri supposito communicata, ut quod, vel ut quo, aequè ita nihil sibi desicit, quo minus persona diceretur, vel suppositum. Dices ipsi desicere, quod non sit persona, vel suppositum, quia non est natura in se completa, & terminata quousque; intelligatur illud postivum superadditum, quod ponit eius complementum, & terminus, immo necque tunc dici potest incommunicabilem, quia non assignatur entitas postiva, quae sit causa talis negationis, non enim conceptui potest immediate ad ipsam naturam singulari, quia tunc talis negatio ex se illi conveniret, & ab ea inseparabilis esset. Contra, quia talis responso assignari non potest, absque manifesta principii petitione, nam quæro cur mea humanitas praeterea quocunque positivo a singularitate distincto dicatur entitas

substantialiter incompleta, & in quo sensu, non enim dici potest entitas incompleta, sicut materia, & forma, quia ipsa est entitas totalis, nec in alterius compositi substantialis compositionem venire potest, cuius ipsa sit pars essentialis, & directè ponitur in praedicamento, est ergo entitas completa, quam sufficit ut dicatur persona vel suppositum in praedicamento substantiae, & singularitas, dicitur esse ultimum complementum, & ultimus terminus naturae in praedicamento substantiae, non vero aliquid substantiale ipsi singularitati superadditum, quod si aliud genus complementi, vel termini adveniens, dicam, illud esse superfluum, & merè fictum, nec assignari posse, nisi cum petitione principii.

Dices singularitatem esse ultimum completum, & terminum communicabilitatis naturae, ut quod non autem, ut quo, quia natura singularis etiam completa, seu totalis est communicabilis alteri supposito, ut quo, aequè ideo aliquid adhuc superaddendum esse, quo totaliter eius communicabilitatis terminetur, tam ut quod, quam ut quo. Hoc libenter admitto, sed nego hoc superadditum esse debere quid postivum, sufficit enim, quod sit pura, & simplex negatio communicationis ad alienum suppositum. Dices debere esse postivum, quia sicut naturae communicabilitatis, ut quod, per aliquod postivum completur, & terminatur, quod est singularitas, ita etiam pariter ergo communicabilitatis, ut quo, per aliquod postivum ipsi singularitati superadditum completur, ac terminari debet, quod substantia dicatur, vel suppositivitas. Contra quia si hac paritas valeret, argui posset, quod sicut natura redderetur incommunicabilis, ut quod, per aliquid postivum superadditum sibi realiter identificatum, quod est singularitas, ita etiam dici deberet reddi incommunicabilem, ut quo, per aliquid additum sibi realiter identificatum, & ab ea pro se inseparabile, quare non est idem iudicium faciendum de negatione incommunicabilitatis, ut quod, & ut quo, nam prima negatio essentialiter, ac inseparabiliter convenit naturae singulari, & ideo convenit ei necessario per aliquam entitatem sibi intrinsicam, ac negatio communicabilitatis, ut quo, non ei necessario convenit, & inseparabiliter, ideo necesse non est, quod inist naturae singulari per aliquam entitatem illi intrinsicam, sed sufficit, quod consequatur ad eam naturaliter ex eo, quod consequatur ad eam naturaliter ex eo, quod agens supernaturalem eam non assumat, aut in alio supposito ponat, eo modo, quo negatio albedinis sequitur ad superficiem non quidem per aliquam entitatem sibi intrinsicam, sed ex eo praesens, quod agens naturale non ponit albedinem in ea, iuxta regulam, quam tradidit Doct. de negationibus 3. dist. 1. quaest. 1. G. & quolib. 19. artic. 3. quod negatio, quae ab intrinsicè provenit, & necessario, ac indispensabiliter convenit subiecto, praesupponit aliquid postivum, quod sit eius causa; cum vero negatio ab extrinsecè provenit, & subiecto convenit accidentaliter, non necessario debet dari aliquid postivum, quod sit illius causa.

74. Dices, substantiam debere esse complementum, ac terminum postivum substantiae, sicut est punctus terminus linea inquantitate lineae superficiei, & superficiei corporis. Contra, quia non desunt etiam ex Auditoribus cum quibus disputamus qui indivisibilia terminativa quantitatis explicit cum Nominalibus per solam negationem posterioris extensionis, ut punctum per negationem posterioris longitudinis linea per negationem posterioris latitudinis; & superficiem per negationem posterioris profunditatis, unde explicatur incertum per ferè aequè incertum. Tum quia indivisibilia terminativa quantitatis ponuntur entia realia, & postivo in continuo, quia ad muna realia, seu effectus reales in continuo deservire debent, ut ostendemus est disputat. 9. Physic. quaest. 2. artic. 2. sed substantia ad nullum tale munus deservit in substantia, neque effectum formalem postivum substantiae praestat, sed merè negativum, ut constat ex quaest. praeced. artic. 2. quia cum praesens reddidit incommunicabilem alteri supposito, nullum autem postivum praesens poni debet, ut ad illud sequatur aliqua negatio, praesertim quando illa negatio provenit ab extrinsecò, & continenter inest subiecto, ut est in proposito de negatione per substantiam formaliter importata. Quamvis, inquam, hac sola ratio sufficeret, pro huius opinionis probatione, adhuc tamen expediet eam probare proponendo quampures, & gravissimas difficultates, quibus opinio de positivo vixit, in quarum solutione minus illius opinionis Tutores inter se dissentunt, & digladiantur, quam nobiscum in puncto principali controversiae, quae quidem difficultates & contra opinionem de negativo non vixant, aut facillimè eam dissolvunt.

Difficultas prima.

75. Prima itaque oppositae opinionis difficultas consistit in explicanda hac entitate postiva, quae dicitur substantia, vel suppositivitas. Nam aliqui dicunt esse ipsam singularitatem intrinsicam naturae; sed hoc est falsum, quia singularitas est realiter identificata cum natura, quam singularitatem, ut constat ex disp. praeced. & ab ea proflus inseparabilis, non verò substantia; tum quia singularitas reddit naturam incommunicabilem tantum, ut quod, non ut quo, substantiam vero seu suppositivitas reddit etiam incommunicabilem, ut quo; tum quia singularitas etiam in accidente invenitur, & in humanitate assumpta a Verbo, in



bo, in quibus tamen subsistentia non reperitur. Alii dicunt, subsistentiam importare collectionem accidentium, seu characteristica proprietates accidentiarum. Sed hoc quoque falsum est, quomodo- cumque explicetur ut dixi n. 4. quia suppositum dicit substantiam ultimam completam in genere substantiae, quo pacto a quocumque accidente praefinitur, quia prius non constituitur in suo esse per aliquod posterius; tum quia nemo dat, quod non habet, accidens non est substantia nec ut quo, nec ut quod, ergo &c. tum quia Verbum humanitatem assumptam cum omnibus accidentibus homini convenientibus, & tamen non assumptam suppositum. Alii dicunt esse ipsam substantiam existentiam, ut opponitur inhærentia, ut Capreolus; & hoc supra refutatum est quæst. 2. numer. 27. quia talis per se existentia de se convenit substantia, & non per aliquod ei superadditum; tum quia talis per se existentia invenitur in humanitate assumpta, quæ non inhæret Verbo, ut accidens; & invenitur etiam in partibus compositi substantialis sine incommunicabilitate, quæ est proprius effectus subsistentiæ, de qua hic est sermo, tum quia universaliter loquendo existentia non distinguitur seipsa ab essentiali actuali, ex dictis disputat. 8. bene tamen subsistentia, cum sit separabilis ab ea: quare frustra nititur omnino Blasius a Concept. disputat. 8. Metaph. per duas integras, & suffimas quæstiones. 3. & 4. ut aliquem veritatis colorum hinc opinio adferat, quamvis enim id forte assequeretur in schola D. Thomæ, extra tamen illam nunquam alicui placere potuit, imo & intra illam quamplures sunt gravissimi Auctores, ab ea prorsus abhorrentes, nam quocumque modo explicetur, in genere semper patitur difficultates, ut est videre apud Suarez. disp. 34. Met. sect. 4. ab initio.

76 Alii proinde Thomistæ dicunt subsistentiam esse entitatem quandam mediam inter naturam & existentiam, per quam ipsa natura singularis reddatur capax, & susceptiva ipsius existentia, ita Cajetan. 3. part. quæst. 4. artic. 2. quem sequuntur Nazari. 1. part. quæst. 38. art. 2. controversi. 2. Cajetera 3. part. quæst. 1. artic. 2. disputat. 3. Bannes 1. part. quæst. 3. artic. 2. dub. 1. Sed hoc etiam supra rejecta quæstione. 2. numer. 28. nec alius placet nobilibus Thomistis, qui asserunt, nunquam D. Thomam admisisse ipsam realitatem mediam inter naturam, & existentiam, & abique SS. Preceptoris benedictio dicunt ejus scholam de foris a Cajetan. fuisse introductam teste Blasio a Concept. loc. citat. ubi eam proinde pluribus insequitur etiam ex principiis S. Thomæ. Hinc Joannes a S. Thom. quæstion. 7. Physicor. inquit subsistentiam addere supra naturam terminum quandam, seu formalitatem substantialem excludentem modum inhærentiæ, & modum partis communicabilis, sique reddere naturam terminatam, & incommunicabilem ulteriori termino, sicut etiam punctum terminat lineam positiva additione, & terminatione, licet postea cum Cajetan. sentiat, & ipse, quod prius terminat subsistentiam naturam, & ultimo existentiam adveniat, namquam primo, & per se conveniens supposito, & mediantem supposito ipsi naturæ. Sed hic Auctor quoque explicare tenebatur, quid sit hæc formalitas substantialis, an materia, forma, vel compositum, quod quidem non expressit. Deinde male dicit per hæc formalitatem substantialem excludi modum inhærentiæ, & modum partis communicabilis, quatenus nequit natura totius alteri inhærent, aut in alterius compositione venire per modum partis; nam ut dictum est supra numer. 28. substantia tam simplex, quam composita ex seipsa est incommunicabilis alteri, ut subiecto, vel toti essentiali; & non per aliquod superadditum ab ea separabile; & si loquitur de communicabilitate etiam per modum partis integralis, falsum est, hæc esse de ratione formalis subsistentiæ, vel effectum formalem ejus, quia hæc aquæ portio, quæ est suppositum, uniri potest cum alia portione aquæ ad constituendum totum aliquod integrale, ut dictum est supra numer. 43. Quod denique asserit cum Cajetan. existentiam advenire subsistentia supra refutatum est supra numer. 28. disputat. 8. quæstion. 3. numer. 164. & reicitur ex ipso exemplo quod asserit de indivisibilibus terminatis quantitatis, quæ quidem adveniunt quantitatis jam existenti, & existentibus supponunt quantitatem, quam efficiunt, & sic pariter dici debet in proposito de subsistentia, si esset eodem modo terminus subsistentiæ quod cum asserere non potest, nisi præsupponeret existentem; sed quod neque hoc exemplum sit nisi præsupponatur naturam paulo supra dictum est numer. 74. quia termini quantitatis ad realia muneris, & positiva sunt a natura destinata, non autem subsistentia, de qua hic est sermo.

77 Hac de causa Alii Recentiores passim concedunt subsistentiam advenire naturæ singulari jam actu existenti, quia prius est hæc natura exillere singularem in actu, quam ipsam suppositari, unde & in Christo manet natura humana singulariter actu existens, & non manet suppositata in proprio supposito; At sic dicendo difficile salvatur hæc entitatem naturæ singulari advenientem non esse accidentis, ut bene urget Bassolus 3. dil. 1. quæstion. 1. artic. 1. §. sed quantum ad ipsum articulum quia omne positum reale adveniens naturæ, & præsupponens ipsam exillere singulariter in actu est substantia, quia accidens est illud, quod advenit rei præexistenti in effectu secundum ultimum esse, & completum generis, speciei, & individuus talis generis secundum omnes loquentes de accidente, ac etiam suadet raro, quia tale quod non esse illius, cui advenit, nec species, nec differentia substantialis quæcumque sit illa, nec aliquis gradus in prædicamento; si ergo illud, quo formaliter suppositum est, suppo-

situm dicat aliquid positivum reale oportet necessario, quod illud sit accidens, ac impossibile est substantiam suppositari per accedens, ergo &c.

Idcirco Vvading. disputat. 4. de incarn. dub. 2. §. 1. ut refertur Ponc. cit. tenet, suppositum nihil positivum superaddere naturæ; sed postea §. quinto volens explicare, quid formaliter dicat supposititas alio non consistere in negatione, sed ipsa totalitate positivæ naturæ singularis. Sed hoc statim reicitur, quia si res ita se habeat, sequitur Verbum non solum assumptibile naturam humanam, sed etiam personam, & supposititatem ipsam, probatur conclusio, quia Verbum assumptum necum partes naturæ humanæ; sed etiam humanitatem ipsam, ut est quoddam totum ex illis constitutum, inquit hanc sibi primo, & immediate populavit, ut ait Doctor 3. distinct. 2. quæstion. 2. Reip. Vvading. quod licet Verbum totam naturam assumperit, non tamen assumptam totalitatem naturæ in qua consistit personam, quia cum denominatione totalitatis, & personæ est incomparabilis illa assumptio seu unio naturæ ad Verbum; ad quod declarandum asserit exemplum in temperie corporis humani, sed aptius foret exemplum de una portione aquæ separata ab alia, quia in eo statim præcisio ab alia habet rationem totius, & denominationem totalitatis, quam amittit eo ipso, quod cum alia aqua conjungitur, etiam si nullam ex illis partibus, aut prædictas intrinsecis amittat; Constat quia non datur denominationem sine forma denominante; si ergo Verbum totam assumptam naturam humanam, seu totum ex partibus constitutum, ergo etiam totalitatem, quia sine totalitate non possit dici totum, ergo etiam assumptam personam; Tum quia si denominatio personæ non est comparabilis cum unione naturæ ad Verbum; ergo signum est negationem talis unionis esse de ratione formalis personæ, seu personalitatem in tali negatione consistere, nam posita tali negatione habetur denominatio personæ, & ipsa ablatæ quocumque alio positivo remanente non habetur; ergo in hac negatione præcisio, non autem in ipsa totalitate consistit personam. Exemplum de aqua non est ad rem, vel si est ad rem facit per nobis, non est quidem ad rem, quia hic est sermo de totalitate essentiali, quam retinet humanitas in Verbo, in exemplum vero addit est sermo de totalitate integrali, quam hæc aqua amittit eo ipso, quod cum illa conjungitur, nam si esset sermo de essentiali, falsum est quod eam amittat, quando cum alia aqua conjungitur; Deinde ut ajebam potius exemplum est per nobis, quia hæc aquæ portio dicitur in se integraliter unum totum, quamdudum est ab alia portione separata, seu quamdudum habet negationem conjunctionis cum ea, & hæc denominationem amittit eo ipso, quod cum alia aqua conjungitur, & continuatur, ergo totalitas, seu denominatio totalitatis in hoc sensu etiam in proposito nostro, non poterit melius exprimi, quam per negationem unionis naturæ cum alio supposito vide hunc dicendi modum fufius impugnatum apud Poncium disp. 18. cit. numer. 87. qui etiam respondet ad illud exemplum de temperie.

Difficultas Secunda.

78 Secunda difficultas contra sententiam de positivo est, nam hæc positiva entitas, quam subsistentia naturæ superaddit, sit res, vel modus, de quorum discrimine dixi disputat. 2. Met. quæst. 6. artic. 1. Suarez disputat. 34. Met. sect. 4. numer. 33. Vafq. tom. 1. in 4. part. disputat. 31. capitol. 6. Card. de Lugo disputat. 12. de Incarn. sect. 7. numer. 83. Averfa quæstion. 18. Philof. cit. sect. 7. Aret. Herr. & Rad. cit. opinionem de positivo probabiliter defendentes, docent subsistentiam non esse rem, sed potius modum existendi ipsius naturæ singularis, non quidem modum intrinsecum, qualem nos dicimus esse finitum creaturæ, & infinitatem Dei, ut perperam eos intellexit Centinus disputat. 1. de Incarnat. capitol. 51. numer. 76. non dicentem inter modum intrinsecum Stoicis familiare, & modum extrinsecum Recentioribus quoque continentem, de quorum etiam discrimine dixi disputat. 1. Met. cit. quæstion. 6. artic. 1. sed modum extrinsecum, ut bene notavit Aretin. quo sensu modum appellare solent unionem; præsentiam, & actionem &c. Hurtad. autem disputat. 11. Met. sect. 5. numer. 30. & Atriag. disp. 4. Met. sect. 12. subiect. 2. affirmant esse rem, & non modum; utrumque esse probabiliter tenet Oviéd. controverf. 4. Met. sect. 6. Negat tandem utrumque Centinus loc. cit. & ait hæc entitatem positivam naturæ superadditam non esse modum, neque rem proprie de re loquendo, sed esse realitatem, & impugnat non esse modum contra priores, quia subsistentia realiter distinguitur a natura singulari, & potest ab ea sejungi, at modus interius non sic à re modificata distinguitur, ut patet de existentia respectu essentiali, sed hæc impugnatio, ut dixi, procedit ex ignoratione acceptationis modi in sensu Recentiorum, & distinctionis, quam ponunt inter rem, & talem modum, quo ergo fuit tradidi disputat. 2. cit. Metaph. numer. 121. & disputat. 6. numer. 158. dicunt enim, rem, & modum in hoc sensu distingui modiliter, quod est rem posse separari a modo, & sine ipso existere, non è contra, non autem distingui realiter, quia sine ipso existere, non est contra, non autem in invicem, & separata existere, unde patet impugnationem Centini ad rem non esse.

79 Potius ergo Auctores dicentes subsistentiam esse modum positivum substantia in prædicto sensu impugnari possunt primo ex

generali doctrina tradita de his modis extrinsecis disputat. 2. de natura entis quæst. 6. artic. 1. numer. 143. quia hujusmodi entitates, modales generatim loquendo sunt entitates de genere respectus, & ex hoc procedit talis illa necessitas indispensabilis, quia supra naturam pulsant semper affixas esse subiectis, & rebus modificatis, nam si forent de genere absolutorum possent saltem per Dei potentiam per se exillere; cum ergo subsistentia ponatur ab illis entitatibus absoluta, non erit modus, sed potius res, Dices, posse dari modos absolutos, ut patet de indivisibilibus quantitatem terminantibus, & de figura, quæ est quarta species qualitatibus. Contra, quia tunc ex natura sua non poterent esse alius rebus affixi, & determinati, hoc enim directè repugnat absolutorum naturæ, quæ per hoc distinguitur à relativis, & illa exempla non sunt ad propositum, quia linea, & superficies non sunt modi quantitatis, sed verè species ejus, & per potentiam Dei absolutam possunt à continuo separari, & per potentiam Dei absolutam species qualitatibus, re verè potius, & figura, quæ ponitur quarta terminamentum respectuum pertinet potius, quam ad absolutum, ut dictum est disputat. 7. Log. quæstion. 3. artic. 2. Deinde possunt specialiter impugnari in proposito, quia subsistentia debet facere, & consistere rem in se formaliter subsistentem, & per se stantem, & nulli alteri affixam, & conjunctam sive ut subiecto, sive ut supposito, at hic effectus formalis, quem debet substantia præstare, directè repugnat naturæ modi, qui fupte natura petit esse alius rebus affixus, & alligatus, ergo subsistentiæ nequit poni modus. Dices hoc tantum probare subsistentiam dici non posse subsistentem, ut quod, quod utique verum est, attamen adhuc dicitur subsistentem, ut quo, quod quidem sufficit, ut forma det aliquem effectum, opus non est, quod ipsa cum formaliter suscipiat, seu dicatur talis, unde abeio non dicitur ab alio, esse det esse ab eum, quod passim cernitur in aliis formis. Contra, quia licet non oporteat formam esse formaliter talem, ut quæ, quæle esse tribuit, opus tamen est talem esse, ut quo, ut inde est talis formalis fit illi proportionatus, & non ejus naturæ repugnans; at in proposito esse subsistentem etiam, ut quo, est effectus formalis directè repugnans naturæ modi, qui petit esse affixus alteri. Tum quia aliquis potest dicere substantiam consisti posse formaliter subsistentem etiam per accedens, vel per modum, qui inhærenter protrahendo, quod ipsa fit formaliter subsistentem, ut quo, licet non ut quod, imo sic etiam protrahere potest de aliis formis, dicendo, quod aqua formaliter frigida constituitur per calorem, & paries albus formaliter per nigredinem, dicendo quod licet calor non sit frigidus, ut quod, est tamen frigidus, ut quo, & similiter quod nigredo est alba ut quo, licet non ut quod, quia ratione disputat. 2. Physic. quæstion. 4. artic. 2. probavi animam rationalem homini, quia de se spiritualis est, dare non posse esse corporeum, & impugnavi solutionem quorundam dicentium esse talem, ut quo, licet non ut quod.

80 Alii vero, qui concedunt subsistentiam esse rem proprie dictam impugnari debent per argumentum quod tacit Scotus 3. dist. 5. quæstion. 2. quia substantia, quæ est res substantialis proprie dicta, ut res distinguitur contra modum, dividitur ex 2. de anima, & 27. Met. in materiam, formam, & compositum, & ad minus concedit debet, quod esset forma substantialis, quia cum ejus munus sit terminare ultimum, & actuare naturam, potius esset forma, quam materia, & compositum, & sic subsistentia faceret cum natura veram compositionem physicam ex per se actu, & per se potentia, unde in subsistenti immaterialibus præter compositionem metaphysicam, dari etiam debet physica compositio, & in materialibus omnibus paries darentur substantiales forme, & plures substantiæ compositæ, quæ omnia sunt absurda. Quando tandem Centinus dixit subsistentiam nec esse rem, nec modum, sed realitatem, nullam prorsus claritatem huic difficultati attulit, quia non explicuit, quid nomine realitatis intelligat, si enim realitatis nomen accipit, ut solet accipi in nostra schola pro formalitate, & aliquate aliquid rei, ut dici lolet de Perretrate, rationalitate, animalitate &c. tunc utique subsistentia non erit proprie res, at neque distinctionem realem fundare valebit in ordine ad naturam, ut ipse contendit scilicet 3. numer. 70. quia distinctio realis proprie dicta solum versatur inter rem, & rem, & tanto minus separabilis erit a natura, quia realitas immergitur per identitatem in re, & ac entitate, cujus est realitas, nec per Dei potentiam potest unum ab alio separari; si verò distinctionem realem fundare possit a natura, tunc non erit proprie realis, sed potius res, quia res est illa, quæ distinctionem realem proprie sumptam fundare potest, ut dictum est disputat. 6. Met. quæst. 8.

Difficultas Tertia.

81 Tertia difficultas est, an ista entitas naturæ superaddita faciat aliquam compositionem cum ipsa naturæ, & realem; Cajetan. 3. part. quæstion. 4. artic. 2. quem sequitur Nazarius 1. part. quæstion. 50. artic. 2. & Fossic. 3. Metaph. cap. 8. quæstion. 6. in fine negant, quia ut dicitur Arist. 7. Metaph. ex duobus extremis nequit quid unum fieri, nisi unum se habeat, ut adus, & aliud, ut potentia, in proposito autem non comparantur ad invicem natura, & subsistentia, ut adus, & potentia, quia subsistentia respicit naturam per modum termini præcisè, &

ideò sicut punctum compositionem non facit cum linea, quam terminat, ita nec subsistentia cum essentiali, quare concludunt facere ad summum compositionem cum his, non autem ex his. Sed Contra, quia suppositum creatum non est simplex quod, sed verè compositum ad differentiam suppositi divini, & non est compositum cum his tantum, sed etiam ex his, quia est aliquod unum per se etiam secundum hos Auctores, non enim componitur ex rebus diversorum generum; ergo supposititas cum natura veram facit compositionem. Deinde probatur invicem comparari per modum actus, & potentia; ut excludatur illa responsio de compositione cum his, quia subsistentia terminando naturam ipsam perficit, & complet, ergo comparatur, ut actus, & potentia. Exemplum vero de puncto lineam terminante non est ad rem quia composita lineæ cum puncto est solum compositio integralis, & ideò est tantum compositio cum his, at compositio ex natura, & subsistentia in proposito est essentialis, quia spectat ad complementum substantialem naturæ, & ideò dici debet compositio ex his. Dices subsistentiam respectu naturæ habere solum naturam actus terminantis, non autem informatis eam, ut patet de subsistentia Verbi naturam humanam in Christo terminante, & ideò illa compositio erit cum his, non ex his. Contra, quia subsistentia creata verè afficit, modificat, & aduat naturam, rursus verè recipitur, & manet in natura velut in subiecto, cum ex ea pendeat in genere materialis causæ, ergo re vera habet respectu ipsius rationem actus informantis, non autem per se terminantis, unde exemplum de subsistentia divini Verbi non est ad rem, quia ob suam infinitatem est pure terminans, & nequit informare naturam assumptam, vel in ea recipi, hæc autem subsistentia creata non repugnant.

82 Si autem affirmativè respondetur cum Suarez cit. & Averfa quæstion. 18. sect. 6. majores superest difficultates, quod si se habentur adus, & potentia, non apparet, num poni debeat forma accidentalalis, vel potius substantialis, nam ex una parte videtur poni debere forma accidentalalis, quia advenit enti in actu completo nempe huic humanitati, quæ est per se ens in actu, cum sit constituta per formam substantialem specificam, & individualem, quæ est hæc anima; ex alio capite videtur forma substantialis, quia ponitur substantia, & pertinet ad complementum substantialem naturæ; sed tunc redeunt absurda paulo supra inculcata, quia cum natura, & subsistentia sint extrema realiter distincta, præter compositionem metaphysicam in subsistenti immaterialibus, dari deberet alia compositio physica substantialis, & in materialibus plures essent forme substantiales, & compositiones substantiales. Tum quia tunc tribueret naturæ incommunicabiliter exillere in genere causæ formalis, sed illa causalitas nequit à Deo suppleri, ergo non posset Verbum supplere vicem suppositi creati respectu naturæ humane, quod est falsum.

Respond. Suarez tom. 1. 3. part. disputat. 8. sect. 3. concedendum subsistentiam se habere per modum adus, non tamen per modum forme, quia actus latius patet, quam forma, & sicut capacitas generalius quodammodo est, quam potentia passiva; & hoc quia forma includit in suo conceptu imperfectionem essentiam incompleti naturæ sua ordinati ad complementum essentiam integram cum aliquo, cui ut subiecto unitur, & hinc est, quod nullus modus in Deo ratio formæ reperitur, at subsistere in suo conceptu illam imperfectionem non dicit, unde in Deo reperitur, & consequenter poterit à Deo suppleri. Contra, forma ut forma dicit aliquod ens incompletum ordinatum ad constitutionem suppositi cum natura, ergo verè est forma. Quod vero ait Suarez rationem subsistentiæ reperiri in Deo, non verò rationem formæ, parum retert, quia etiam esse intellectuale in suo conceptu non includit imperfectionem, ideoque in Deo reperitur, & tamen esse intellectuale creatum dicit imperfectionem, & nequit à Deo suppleri, ut patet, non enim potest homo rationalis dici ab hac anima rationali, sic igitur a pari, quia subsistere creatum includit imperfectionem se habet per modum formæ, & à Deo suppleri nequit.

83 Alii autem ad evitanda alia absurda deducta de pluribus compositionibus physicis respondent, quod esse subsistentia, & natura simul componant suppositum, non propterea appellandas esse partes, nec opus esse, ut omnis compositio dicatur fieri ex partibus, sed satis esse, quod dicatur fieri ex extremis componentibus, quia per partes proprie intelliguntur illæ, quæ componunt naturam, scilicet materia, & forma, ita Averf. loc. cit. Contra, quia hæc solutio planè tota verbalis est, quia rediit debet ratio, cur illa extrema componentia nequeant dici partes componentis, quæscilicet enim aliqua duo extrema concurrunt ad constitutionem unius, quod ad quæque illa duo in se includit, & à singulis illorum solum inadæquate constituitur, planè illa duo extrema rationem partis habere dicuntur pro qualitate totius constituti, nimirum erunt partes integrales, si totum integrale constituitur; erunt partes essentialis, si constituant essentialiter. Constat tamen, quia hæc data solutio potest negari omnis compositio tam physica, quam metaphysica, tam essentialis, quam integralis, nam dici potest quæstion. 6. in fine negant, quia ut dicitur Arist. 7. Metaph. ex duobus extremis nequit quid unum fieri, nisi unum se habeat, ut adus, & aliud, ut potentia, in proposito autem non comparantur ad invicem natura, & subsistentia, ut adus, & potentia, quia subsistentia respicit naturam per modum termini præcisè, & ab ea realiter distinguitur.



nam, cum qua unum per se constituit, quod dicitur suppositum, deducimus dari debere aliam compositionem physicam substantialem, & quod præter formam substantialem compositi dari debeat alia constitutiva suppositi, & præter materiam primam, quæ est immediatè capax formæ compositi, dari debeat alia materia veluti secunda per se ordinabilis ad recipiendam aliam formam, quæ constituat suppositum, & hæc erit ipsa natura singularis, quæ juxta hunc, dicendi modum adhuc non est substantialem completa, sed compleri debet per aliam veluti formam substantialem supervenientem.

Respondet iterum, subsistentiam non posse dici formam substantialem, licet actus naturam, & perficiat, quia est modus, non res, forma autem est res, quæ se sola existere potest saltem per potentiam Dei absolutam. Contra, quia subsistentia per Adversarios est substantialem, ut distinguitur ab accidente, & actus naturam, ac perficit substantialem, quæ sunt munera substantialis formæ; tum quia non est de ratione formæ substantialis; ut sic, quod possit esse sine materia, quia etiam si haberet necessarium cum materia connexionem, non ob id desisteret esse forma, unde Arist. agnovit formam substantialem, nec tamen novit posse divinitus consistere absque materia; ergo quod nequeat sic existere non tollit ab ea rationem formæ. Deinde non desunt, qui volunt subsistentiam esse rem, & non modum, & quod per divinam potentiam possit existere separata à natura; ergo nil ei deest, ut forma substantialis dicatur.

Difficultas Quarta.

84 Quarta Difficultas movetur à Scoto in terminis 2. diff. 1. quæstion. 1. §. Contra primam viam, in quarto argumento; nam si personalitas creata in aliqua entitate positiva consistit, & realiter ab ea distincta, vel saltem modaliter in sensu Recentiorum, tunc posset produci natura, & conservari sine personalitate, quod est magnum inconveniens. Quæ quidem difficultas facile vitatur in sententia de negativo; nam hoc non potest à natura auferri, nisi adventiente illo, cuius est negativum, siquidem negativum immediatè, formaliter tollitur per formam positivam, quam negat, & cum hæc sit unio ad aliud suppositum sequitur non posse naturam privari subsistentia, nisi per unionem ad aliud suppositum, ac proinde aliena subsistentia subsistere eo ipso, quod non subsistat subsistentia propria. At in sententia de positivo ex utraque parte graves urgent difficultates; nam si negetur posse naturam etiam de potentia Dei absoluta sine aliqua personalitate existere propria, vel aliena, ut de factu negat Suarez disp. 34. Met. sect. 6. numer. 35. Fonseca lib. 3. Met. cap. 8. quæst. 6. sect. 5. Averla quæst. 17. cit. sec. 3. Contra probatur efficaciter consequentia argumenti, nam Deus omne prius naturaliter, & realiter à posteriori distinctum potest facere sine posteriori, sed natura, ut singularis est prior, & realiter distincta ab hac realitate personalitate, ergo potest Deus, facere naturam singularem sine personalitate, quæ ratione probat Doctor 2. d. 12. quæst. 7. materiam per Dei potentiam sine forma omni substantialem existere posse. Respondent Suarez, & Averla majorem non esse universaliter veram, nam quantitas est prior figura, & omni præsentia locali, & tamen esse non potest absque omni figura, vel præsentia; addit Arretin. quod sicut Deus non potest facere positum fundamento, & termino, quod relatio non oriatur, quia sequitur de necessitate naturæ; ita neque personalitas ex ipsa natura non pullulat, si dimittatur, nam quavis natura prior sit personalitate, impossibile tamen videtur, quod ipsa manente etiam entitas personalitatis non maneat. Hæc tamen solutio communiter rejicitur ab aliis, quia quantitas potest esse sine figura actuali, si ad punctum reducatur, & corpus potest expoliari omni præsentia locali, ut Doctor docet quol. 11. Quod si illa concedere non licet cum aliis, tunc est neganda paritas de subsistentia ex una parte, & de figura, & præsentia ex alia in ordine ad quantitatem, quia figura, & præsentia sunt entitates respectivæ, quæ necessario consequi solent extrema in esse posita, si fuerint intrinsecè adventientes, vel saltem approximatè, si fuerint adventientes extrinsecè, at subsistentia ponitur entitas absoluta, & idèd consulto Doctor 2. d. 12. quæst. 2. §. respondet ad quæstionem, & ad illam majorem, omne prius distinctum realiter à posteriori potest esse sine contradictione absque illo, ut estet universaliter vera: & nullam patere instantiam, addit quod illud prius distinctum realiter à posteriori debet esse absolutum ad excludendas instantias de relictis, per quod etiam rejicitur Arretini solutio, quia non est tanta connexio necessaria inter unum absolutum, & aliud, quod ad ipsum consequitur realiter distinctum, quanta est necessaria connexio duorum extremorum cum relatione indè consequente.

Dices cum quibusdam fieri non posse, quod fiat ipse modus positivus à natura singulari, dato, quod non præveniat ab alieno supposito, atque adeo necessario, & indispensabiliter debere naturam habere propriam subsistentiam, si non habet alienam. Sed hoc effugium facile præcluditur, quia ut beatissime Memorialis, qua ratione Deus impedit esse fluxum in Incarnatione Verbi, eadem ratione potest impedire, etiam si Verbum incarnatum non fuisset, nam impedimentum talis fluxus non habet necessarium, & intrinsecam inclusionem alterius suppositi. Conf.

quæ impedimentum talis fluxus est prius naturaliter, quam unio alterius suppositi cum natura, à qua fingitur fluere talis modus, ergo potest à Deo impediri sine unione naturæ ad alienum suppositum. Dices impediri formaliter per ipsam actualem unionem. Contra, nam idèd natura unitur à Deo alieno supposito, quia per impedimentum fluxus propriæ subsistentiæ datur locus alienæ, ergo impedimentum talis fluxus est prius naturaliter unione naturæ ad alienum suppositum. Tum quia talis fluxus est in genere causæ efficientis, sed omnis talis efficientia causæ secundæ potest à Deo impediri per solam suspensionem sui concursus, absque productione aliusque positivæ, quod illa impediatur, ut passim ajunt Theologi, ergo &c.

85 Idcirco alii communiter concedunt posse naturam divinitus manere nudam omni subsistentia tam propria, quam aliena, ita Cajet. 3. part. quæst. 4. art. 2. Medina ibid. cum aliis Thomistis Valent. ibid. disputat. 1. quæst. 4. punt. 2. Hurad. disput. 11. Met. sec. 9. Arriag. disput. 4. Met. sec. 13. subsec. 6. Card. de Lugo disp. 12. cit. sec. 7. Albertin. de prædic. substantiæ diff. 3. quæstion. 4. Oviéd. contrav. 6. Met. punt. 6. Lich. 3. diffin. 1. quæstion. 1. Centin. disputat. cit. quod etiam probabilis putat Arretin. cit. Arretin. nec sibi tantum à difficultatibus immunis, primo quia substantia vel debet existere per se, vel in alio, nec datur medium, ergo vel cum subsistentia propria, vel aliena. Nec respondere valet, quod adhuc esse per se, quia non in alio, tanquam in subiecto inhænsionis. Nam de hoc nullus dubitat, neque hic est sermo de subsistentia, prout talem excludit inexistentiam, quia esse per se, ut talem excludit inexistentiam, convenit subsistentiæ ex se, & non per modum superadditum, sed sermo est de esse per se, ut excludit esse in alio, ut in supposito, à quo suppositari dicitur natura, & personari, quo pacto natura humana est in Verbo; in hoc, inquam, sensu natura necessario vel est in se, vel in alio. Respondent hujus partis tutores dato casu naturam, v. gr. humanitatem tunc extituras per se negativè, idèd non cum alio, non tamen per se positivè. Hanc solutionem infringit Averla cit. quia sicut intelligi non potest, naturam esse in alio, solam negativè, ita videtur pariter non posse esse per se solam negativè, & absque modo positivo subsistentiæ. Hæc tamen replicam parum valet, cum manifestam assumat disparitatem, quia natura esse in alio supposito formalissimè dicit respectum positivum unionis, at ipsam esse per se, & non in alio supposito non præferat necessario conceptum positivum, sed salvari potest per negativum. Potius ergo deficienti sic respondentis, quia ita dicendo pedibus junctis in sententiam labuntur de negativo, quia tunc re vera natura dici posset suppositata, & personata ex eo præcisè, quod per se negativè existat, idèd non alteri supposito communicata.

86 Deinde principaliter arguitur contra hunc posteriorem dicendi modum, quia vel natura sic nuda omni subsistentia v. gr. humanitas singularis Petri potest agere, & pati, & alias habere operationes naturæ connaturales, vel non, & neutrum potest asseri sine magno incommodo, non enim in primis dici potest, quod proprias operationes non haberet, quia adhuc haberet principia tam proxima, quam remota illarum, ut v. gr. humanitas Petri haberet animam, cuiusque potentias, scilicet intellectum, & voluntatem, ergo posset intelligere, & velle. Tum quia tales actiones exercere potest anima à corpore separata, ergo tanto magis potest esse principium earum, dum constituit humanitatem singularem, etiam non suppositam. Probatur consequentia, quia eius potentie rationales non essent magis incompletæ, & in sufficienter in tali statu, quam in statu animæ separata. Dices in tali casu humanitatem Petri operaturam non fore, non quia desinit principia quæ agendi, sed quia deficit conditio agentis, vel agendi, quæ est suppositalitas, & pertinet ad principium Quod, cum actiones sint suppositorum ex 1. Met. Contra, quia ibi habetur, actiones esse singulares, non autem suppositorum, & in casu posito natura est singularis, ergo non deficit conditio agentis, vel agendi. Deinde illud ad summum verificari potest connaturaliter, & iuxta quod contingit secundum communem naturam cursum, at in præsentibus sumus in casu miraculoso, in quo non oporteret dictum illud verificari. Demum dictum illud absolute loquendo falsum est, quia & accidentia separata in Eucaristia agunt, & anima in statu separationis intelligit, & vult, quæ tamen supposita non sunt.

87 Si verò concedatur, naturam singularem in tali statu absque subsistentia proprias habere posse operationes, tunc aliud sequitur absurdum, nimirum superfluum esse omnino personalitatem, & subsistentiam in natura singulari, quia ad nihil proprius deservire videtur, cum æque pati possit, & agere cum illa, ac sine illa. Dices, necessariam esse ad ultimum complementum, & perfectionem consummatam naturam. Contra quia idèd aliqua forma dicitur perscrbare subiectum, quod afficit, quatenus illud aptum reddit, ut bene se habeat in ordine ad aliquam actionem, vel passionem, si ergo subsistentia id subsistentiam non præstat, non videtur quomodo dici possit illi asserere ultimum complementum substantiale, & perfectionem consummatam. Dices necessariam esse ad terminandam naturam, quæ absque illa foret indeterminata, etiam si proprias haberet operationes. Contra, quia si in tali statu æque bene se habeat natura quoad omnia sine subsistentia perinde, & cum ipsa, dicitur natura sufficienter terminari positivè per ipsam singularitatem, nec indigere ulteriori termino posi-

no positivo; huncque quasi confingi. Dices tandem necessariam esse subsistentiam, vel supposititatem, ut reddat naturam singularem alteri supposito incommunicabilem. Contra, quia ad id sufficit mere negatio, ut inquit Scotus, nec est necessaria aliqua forma positiva, imò est ad id omnino inapta, quia nulla forma positiva ponitur præcisè in subiecto ad præstandum effectum merè negativum, sed ad summum hinc erit effectus ejus secundarius, nam quæ effectus primarius debet esse positivus, ut bene probat argumentum Card. de Lugo supra relatum n. 52. si ergo non potest assignari aliquod munus suppositum, quod præstat illi subsistentia positiva natura singulari superaddita, cum possit æque bene se habere ad omnes actiones, & passionem cum illa, ac sine illa, ut hæc enim probatum est frustra prout hæc subsistentia positiva, & præstat cum Scoto admittere solam subsistentiam negativam; vide Poncium disp. 18. cit. num. 9. ubi hoc argumentum fuscè prosequitur.

Difficultas Quinta.

87 Quinta Difficultas est de causis subsistentiæ materialis, & efficientis, quæ in opinione de negativo facile resolvitur, nam causa materialis est ipsa natura singularis alteri supposito non communicata, causa vero efficiens (eo tamen modo, quo negatio nec dici possit habere causam) est agens superadditum eam non sibi assumens, aut alteri supposito cum non copulans, ac in sententia de positivo gravis est difficultas de utraque causâ, ac in sententia de materiali: alii asserunt cum Cajet. nullam sibi causam talem assignari debere, & nequam naturam posse dici subiectum suæ subsistentiæ, quia cum subsistentia formaliter de esse per se, & dicat esse per se, nihil magis illi repugnat, quam esse in alio, & esse in subiecto, atque idèd dicitur subsistentiam habere ratione puri termini, & esse subsistentem. Alii contra firmiter, asserunt subsistentiam à natura pendere in genere materialis causæ, & naturam esse subiectum subsistentiæ, quia modus verè inest illi, quod afficit, & modificat, ita Card. de Lugo diff. 12. cit. sec. in fine, Ariag. disp. 4. Met. in fine. Oviéd. contrav. 6. Met. punt. 6. nu. 17. Averla qu. 8. cit. sect. 6. & alii passim. Quod autem id non repugnet modo subsistentiæ, ut dicebant priores, ita declarant, quia de ratione subsistentiæ est esse ad recipiendam naturam, & per se esse, sed quia est id, quo natura debet esse per se, & idèd sicut ad hoc, ut albedo faciat album, opus non est, quod sit alba, ut quod, sed sufficit, quod sit alba, ut quo, ita ad hoc ut subsistentia faciat subsistere, non est necesse, quod ipsa subsistat, ut quod, sed sufficit, quod subsistat, ut quo, ita præsertim rem declarat Blausus Concept. diff. 4. Met. q. 3. n. 31. contra Cajet. Ceterum quavis admittat opinionem de positivo vobis hæc posteriores Auctores melius discurrere, at tamen per hæc doctrinam non enodari argumentum prorum jam supra ostendi nu. 79. Et idèd Averla cit. alter respondet dicens, quod subsistentia non dat esse per se sumendo esse per se pro non dependere à subiecto, quia in hoc sensu esse se sustinet per se existit, sed prout negat communicationem alteri supposito, & hæc rationem essendi per se, idèd hæc incommunicabilitatem maxime habet subsistentia. Sed neque hæc solutio sufficit, quia talis positiva entitas dicta subsistentia de facto communicatur alteri, scilicet naturæ singulari, quam afficit ut forma subiecto, ergo nequit talem incommunicabilitatem præstare supposito; tum quia effectus formalis subsistentiæ est rem ita in se existentem consistit, ut nulli alteri sit affixa, vel copulata, si illud se habeat ut subiectum, sive ut suppositum, at hoc dicitur repugnare subsistentiæ, quia cum sit modus per se indispensabiliter esse alteri semper affixa, & alligata; ergo nequit dare naturæ effectum sibi prorsus repugnantem, ut deducebam supra nu. cit. 79.

Deinde possunt hæc Auctores impugnari argumento à do. nu. 47. quia si subsistentia verè subiectatur in natura singulari, ac in ea sustentatur, sequitur causas esse sibi invicem causas in eodem genere causæ, & secundum eandem rationem, quod omnes incipiuntur contra Thomistas. Probatur consequentia, quia in opinione de positivo natura verè subiectatur in proprio supposito, & ad illud verè dependet, ac illi inmittitur, quibus locutionibus Auctores illius opinionis utuntur, ut demonstrant veram consubstantialitatem suppositi erga naturam, & quia explicatur per relationem sustentantis ad sustentificatum, non videtur importari nisi casualitas materialis, quæ per talem relationem explicari solet, ergo sic contra subsistentiam dependet a natura in genere materialis causæ, dabitur circulus in his casualitatibus; & natura, ac subsistentia erunt sibi invicem causæ in eodem genere causæ, & secundum eandem rationem, quod falsum esse iam dixi disp. 8. Phys. 1. art. 1. nam natura dicitur sustentari per subsistentiam, & vice versa, & contra subsistentiam sustentari in natura. Quod dicitur, naturam sustentari per subsistentiam, ut in supposito, & subsistentiam sustentari in natura, ut in subiecto, quæ sunt diversa casualitatem, & sustentationem generis, tenentur quoque ad hæc diversitas declarandam, quam minime explicant; unde cum utrinque sit graves difficultates, præstat negare cum Scoto subsistentiam esse modum positivum in natura receptum, & naturam per subsistentiam positivè sustentari.

88 De causâ efficienti est major difficultas, an scilicet immediate ad ipsa natura dimanet, quam afficit, an potius producatur

ab ipso generante naturam, ita ut cum ea communicatur ab eodem agente, Cajet. & apud, quos sequuntur sunt Valquez p. 3. disp. 34. cap. 2. Albertin. supra cit. qu. 12. Averla qu. 18. sect. 8. dicunt, subsistentiam produci à generante, & non ab ipsa natura, quorum præcipua ratio est, quia actiones sunt suppositorum, hoc est, procedunt à natura in priori instanti naturæ iam terminata per subsistentiam, ergo subsistentia non potest procedere à natura, cuius est subsistentia, quia supponeret seipsum, antequam esset. Conf. quia causa efficiens externa non solum producit naturam substantialem, sed producit suppositum, quando v. g. ignis generat ignem, & Deus creat Angelum; & hoc non solum debet intelligi concomitantè (inquit Averla) quia producit naturam, cui convenit subsistentia suppositi constitutiva, sed propriè, & formaliter, quod producat rationem ipsam formalem, per quam constituitur suppositum. Alii contra contendunt subsistentiam proximè, & immediatè natura produci, remote solum, & mediatè à generante, ita Lichet. 3. diff. 1. quæst. 1. Metin. par. 3. qu. 4. art. 2. Suarez disp. 34. Metaph. sect. 6. tom. 1. par. 3. disp. 6. sect. 3. dub. 3. Hurad. disp. 11. Metaph. sect. 9. Card. de Lugo sed. 7. cit. n. 144. quorum præcipuum fundamentum est, quia passiones communitatis dicuntur communiter fundamentum dimanere, & retulere ab effectibus, quorum sunt passiones ob necessariam connexionem habet cum natura modus subsistentialis propriæ subsistentiæ, quam alia natura proprietates, ergo &c.

Ceterum, ut bene adnotavit Ariag. disp. 5. cit. sec. 13. subsec. 5. & Oviéd. punt. 6. citat. num. 19. nulla est ratio convincens pro una, vel altera parte, non quidem ratio priorum, quia principium illud absolute falsum est, nam calor separatus agit, & anima separata intelligit, unde melius diceretur actiones esse singulares, ut loquitur Arist. 1. Metaph. non vero suppositorum, & quo modo hoc debeat intelligi dicitur infra quæst. ultim. tum quia ut ait Oviéd. concessio, quod natura debeat supponi subsistentem ad alios effectus à subsistentia distinctos producendos, non sequitur ita quod debeat supponi subsistentem ipsam subsistentiam producendam; sicut a pari ad producendam, vel recipiendam præsentiam non debet supponi subiectum præsens, & si ad alios effectus sic debeat supponi, sic etiam tenendo quantitatem dare extensionem substantiam, non sequitur, quod si subiectum supponitur extensionem ad recipiendam quantitatem, sic etiam supponi debeat ad recipiendam quantitatem, cum per ipsam fiat formaliter extensum, & sic in aliis similibus formis. Nec minus argui illa confirmatio, nam si actiones non propriè dicuntur suppositorum principiativè, sed singularium, ita etiam terminativè, sufficit enim quod actio attingat quid certum, ac designatum in rerum natura per ipsam productam, ad quod sufficit singularitas sine subsistentia; & sufficit ut actiones dicantur suppositorum terminativè, concomitantè tantum, & consecutivè, ut dicebatur in argumento, ut nempe actio ad talem naturam terminetur, ad quam consequitur subsistentia, licet non per illam primam actionem formaliter, cuius oppositum non probat Averla. At neque etiam est ratio convincens pro altera parte, nam si tenatur subsistentiam esse aliquid pacto necessarium ad agendum saltem ut conditionem, tunc certum manifesta disparitas inter subsistentiam naturæ, aliasque ejus proprietates, nam aut subsistentiam non haberetur in natura quicquid ad agendum, & operandum desideraret, bene tamen ante alias proprietates, & idèd ita bene posita à natura dimanant, & tribui naturæ, ut proximo principio, non sic subsistentiam, sed hæc debeat ab eodem agente produci, à quo natura producit, & adhuc concessio subsistentiam nullo pacto esse necessariam ad agendum, sed ad actiones se habere merè materialiter, & concomitantè, adhuc est disparitas inter subsistentiam, & alias proprietates connaturales, quia adhuc intimo est, ac immediato natura, quam alia passiones, seu accidentia connaturalia (hæc enim intelligimus pro passionibus in præsentem, ut communi modo loquendi conformem) ad eum ob talem intimitatem, & immediationem non ab ea produci debeat, sed potius simul cum ipsa ab eadem causa, quia est adeo natura intima, ut censatur omnino illi coæva. Cum igitur determinari non possit, quæ verè sit causa efficiens hujusmodi entitatis, quam ajunt subsistentiam importare, præstabit negare talem entitatem positivam importari per subsistentiam, quam effectum positivum admittit, cuius efficientem causam assignare non possumus.

Difficultas Sexta.

89 Sexta difficultas, & quidem magni momenti est theologica, nam disputatur ab ipsis in persona creata, ut sic, poterit à Verbo hypostatice assumi, idèd an non solum natura poterit assumi, sed etiam personalitas ipsa formaliter, vel saltem natura creata retenta adhuc propria personalitate; Et quia Hectorius duas esse personas asserbat in Christo divinum, & humanam, ne videatur Theologi huic hæresi favere, omnes ferè respondent negativè exceptis paucis quibusdam Recentioribus, ut testatur Cardin. de Lugo disp. 12. cit. sect. 6. num. 68. Et quidem in sententia de negativo facilissimè ostenditur hæc impossibilitas, ut notat Doctor 3. diff. 5. qu. 2. §. ad aliam quæstionem, nam si sermo sit de personæ realitate sola, si hæc ponatur in sola negatione



tionem consistere dependentiam ad aliam, & aptitudinalis ad alienum suppositum, sequitur evidentem ipsam non esse assumptibilem, quia quod non est quid positivum, non assumitur, nec assumi potest, quia fundare nequit realem, & positivum unionem ad aliud suppositum, si vero sermo sit de natura personata, id est pro toto aggregato ex natura singulari, & personalitate sequitur etiam evidentem in hac opinione non posse naturam creatam retenta propria personalitate uniri in sensu composito alteri supposito, quia ut arguit Doctor loc. cit. contradictoria veritate tenetur de eadem natura, nam ex eo, quod assumitur actualiter dependet ad aliud, & ex eo, quod supponitur in se personata, seu retinere propriam personalitatem, actualiter non dependet ad aliud, & sic simul & semel dependet ad aliud, & non dependet ad aliud.

Ceterum in opinione de positivo difficile salvatur, quin potuerit persona, ut sic, assumi a divino supposito in utroque sensu; nam si loquamur de persona pro formalis, id est de ipsa personalitate, licet fateatur omnes ipsam esse entitatem inassumptibilem, difficulter tamen excluditur inassumptibilem, quia omne positivum creatum videtur assumptibile, cum omne ens tale sit in perfecta potentia obedientiali ad Deum, ut arguit Doctor 3. d. 1. q. 1. art. 2. §. Contra primam viam. Neque valet communis Advertentium solutio illud solum esse assumptibile, quod pertinet ad veritatem naturae humanae, seu ad formalem hominis constitutionem, ad quam non pertinet personalitas. Non valet, quia in primis personalitas dicitur quid positivum, non potest assignari ratio, cur magis singularitatis, quam personalitatis ad veritatem naturae humanae pertinet. Tum quia neque etiam singularitatis pertinet ad rationem naturae humanae, & essentiali hominis constitutionem, ut sic, & tamen ponitur assumptibilis, & de facto assumpta a Verbo. Tum quia semper urget ratio Scoti, quod omnis positiva entitas creata, vel creabilis est aequae in potentia obedientiali ad Deum, & ideo tenetur assignare rationem, cur omnis entitas positiva pertinet ad rationem naturae sit assumptibilis, non autem omnis ratio pertinet ad rationem personae, a quoque manifesta petitio principii committitur, quia id est, quod argumentum probat etiam personam, ut sic, esse assumptibilem, si personalitas dicitur quid positivum, cum sit aequae in potentia obedientiali ad Deum; ex hoc enim, quod sit inassumptibilis, nos statim deducemus non esse entitatem positivam.

90 Propter ea Suarez p. 2. to. 1. disp. 14. sect. 1. ne videatur principium petere, conatur assignare rationem, cur personalitas non sit in potentia obedientiali, ut possit assumi, & rationem reddit, quia licet personalitas dicitur quid positivum, non tamen est assumptibilis, quia est modus existendi per se incommunicabiliter, & ideo contradictio non implicat, quod ille modus communicetur alteri, assumi autem personaliter est communicari alteri; ergo personalitas formaliter est incommunicabilis, & inassumptibilis, atfer exemplum, nam inhaerentia formaliter includit repugnantiam essendi per se, licet enim accidens possit esse sine subiecto, tamen modus essendi accidentis, scilicet illa inhaerentia formaliter includit repugnantiam essendi per se formaliter, & ideo illi repugnat per se esse, & existere, ita illi modo, qui dicitur personalitas, repugnat assumi, & terminari ab alia persona, & alteri communicari ex sua ratione formalis. Contra, quia si haec ratio deducatur ex conditione modi, qui non potest suum effectum formalem communicare, nisi solum illi rei, cuius est modus, quia illi soli est aliquid, & affixus, sufficiens etiam ad offendendam inassumptibilitatem, & incommunicabilitatem neq. v. gr. substantia alteri supposito, tunc idem quoque poterit concludi de omnibus entitatibus modalibus, quod sint inassumptibiles, & alteri incommunicabiles, quia hoc est de ratione cuiuscunque modi, ut suum effectum communicare nequeat, nisi illi rei, cuius est modus. Dices hanc rationem non deduci ex ratione generali modi, sed specialis talis nempe modi, qualis est substantia, qui est modus existendi per se incommunicabiliter. Contra, quia ipsa est incommunicabilis natura singulari, quam afficit, & quam tu dicitur reddere incommunicabilem, & illa pars substantia, quae est in manu, unitur cum alia parte substantiae, quae est in brachio; ergo non est per se primo incommunicabilis. Deinde supra num. 79. ostendit, quod si substantia ponitur esse quid positivum, potius dici debet res, quam modus, cum ponatur entitas absoluta, & cum ponatur esse substantia, poterit per Dei potentiam a natura separari, & per se existere, si enim videtur id Deus facere de accidente absoluto, ut dices docet in Sacramento Eucharistiae, quando magis poterit hoc facere de substantia? eo autem quod per se existeret, tunc posset assumi; unde etiam illud exemplum de inhaerentia non est ad rem, quia inhaerentia repugnat omnimoda perfectas, seu per se existentem, non autem substantiae, quae ponitur positiva, repugnat omnimoda incommunicabilitas, ut ostensum est; imo exemplum illud potius est ad oppositum, quia modus inhaerentis non potest per quancunque potentiam per se existere, quia est entitas relativa, quae necessario veritatem inter haec extrema, quibus sublati ipsam quoque interire necesse est, at haec substantia positiva ponitur entitas absoluta, & substantialis, unde nihil prohibet, quin possit per se existere, & per se existens assumi.

91 Sed adhuc cum majori difficultate salvatur, quin possit assumi persona pro subtrato, id est natura personata retenta adhuc propria personalitate, unde & ipse Card. de Lugo, qui cum aliis

antiquioribus Theologis tenet hoc esse impossibile, faceret difficultate rationem efficacem adduci, quae ostendatur talis impossibilitas, quae solum est, ut Recentiores quidam Theologi contra omnem antiquitatem auli sint alere polle de potentia Dei absolute naturam creatam solum terminari personalitate propria, & aliena, quia nullam videtur rationem efficacem aliam ab antiquis Theologis proposita parte, ut experimentum heri potest aliquas percurrere aliis multis praetermissis, quae Suarez loc. cit. obicit, ut inefficaces. Cajet. 3. part. quaest. 4. artic. 2. probat quia natura per propriam personalitatem terminatur intensive, & extensive, & ideo propria personalitas non admittit consortium alterius personalitatis. Sed haec est manifesta petitio principii, dicere enim quod natura propria personalitate terminatur intensive, & extensive perinde est, ac si diceret naturam ita terminari per eam, ut non possit simul alia personalitate terminari, ut bene notat Aret. 3. disp. 5. quaest. 2. art. 1. Rursus probat Cajet. quia ex illo modo, quo humanitas terminatur propria personalitate, sequitur, quod quod natura sit terminata est, non possit assumi, quia assumitur talis personalitas propter naturalem connectionem, quam inter se habent. Sed neque haec ratio valet, ut notavit idem Aret. quia cum personalitas sit res, vel modus rei a natura, realiter distinctus, nihil repugnat veritate humanitatem assumi, quae est incapax assumptionis, manente personalitate inassumpta, quia est incapax talis assumptionis secundum eos; alias item rationes ibi adducit Aret. quas reicit ut invalidas. Et quia ipse probabiliter opinione de positivo defendit, subdit quod in ea opinione talis impossibilitas sic potest ostendi dicendo, quod natura constituitur quidem in esse personae per aliquod positivum, illam tamen creatam positivam necessario consequitur duplex illa negatio actualis, & aptitudinalis dependentia, atque adeo si persona assumitur, adhuc sequetur contradictio, quam in ea questione insert Doctor; scilicet quod eadem persona dependet, & non dependet.

92 At neque haec ratio est valida, nam Doctor loc. cit. 3. disp. 5. quaest. 2. §. ad aliam opinionem, inquit illam rationem ex via contradictionis deductam concludere in opinione de negativo, quod scilicet eadem natura dependet, & non dependet ab alieno supposito per omnes personalitatis esse, quod positivum oportere aliam rationem assignare quare persona non possit assumi, seu natura personata retenta propria personalitate, quamvis istum Doctor non declarat, quomodo illa ratio tenetur in opinione de negativo, non vero de positivo, facile tamen declarari potest ex principis eorum, qui personalitatem statuunt in positivo, si quidem ut constat ex dictis quaest. 3. art. 2. personalitatis tribuunt non tantum effectum negativum excludendi a natura per ipsam terminatam aliam personalitatem, sed aliam quoque affectum positivum, & primarium, qui nimirum sit naturam terminare, eique vel quantum complementum substantiale adferre, ut bene explicat Cardin. de Lugo sect. 3. num. 24. ad quem effectum primarium terminandi, & complementum naturam dicunt posse conaturaliter consequi alium secundarium negativum, scilicet excludendi a natura per ipsam terminatam aliam substantiam, sicut universaliter de quacunque positiva forma contingit, quae praeter effectum suum formalem primarium, quem subiecto praestat suae naturae proportionatum, sicut naturae alteri aliud secundarium, qui est exclusio, & exclusio alterius formae incommunicabilis ab eodem subiecto; certum est autem apud omnes Theologos, quod licet repugnet Deus per suam potentiam effectum primarium formae in subiecto existentis impedire, quia id manifestam includit repugnantiam, potest tamen impedire secundarium, scilicet exclusionem alterius, vel negationem alterius formae in eodem subiecto, haec enim ratione dicitur Deus posse ponere duo corpora in eodem loco, & contra riam in summo in eodem subiecto, ut dicitur esse suo loco. Quamvis ergo verum sit in opinione de positivo, ad entitatem aliam positivam, quae natura in se personatur, sequi conaturaliter, & ex exigentia naturae personatae exclusionem, vel negationem conjunctionis cum alia personalitate, supernaturaliter tamen potest impediri hic effectus secundarius negativus, quod semel impedito natura propria personalitate retenta poterit adhuc uniri alieno supposito, in sententia autem de negativo id fieri nequit, quia substantia aliam effectum non habet, nisi praesens negativum, & est facere naturam formaliter non unitam alteri supposito, quae negatio tolli non potest, nisi ponendo dictam unionem; unde patet, quomodo vera illa contradictio sequitur in opinione de negativo, 3. quod natura ad hunc dependet, & non dependet, non tamen in sententia de positivo, quia Deus impeditur in natura personata in se, ac etiam assumpta sequelam talis negationis.

93 Verum adhuc Cardin. de Lugo sect. 6. cit. num. 74. nititur ostendere ex hoc sequi aliquam contradictionem, nam ex vi propriae substantiae natura sit in se ipsa, nec tendit ulterius ad aliud oppositum, ex vi alterius positum in alio supposito; at esse in se, & esse in alio fuit termini virtualiter contradicentes, ergo nequit natura terminari propria substantia simul, & aliena; Attamen ex eadem doctrina, quam hic ipse Auclor libi probat in eadem disput. facile solvitur hoc argumentum ab Ovied. controverf. 6. cit. punct. 5. num. 10. naturam enim in se consistere, duo dicit, unum positivum, aliud negativum, dicit positivum naturam habere propriam terminum, ex vi cuius alio non indiget, & constituitur actu, unde quae completa, dicit tanquam quid negativum naturam non terminari alia substantia; primum illud

illud positivum est effectus primarius substantiae inseparabilis ab illa; secundum istud negativum est effectus secundarius substantiae; sicut est negatio frigiditatis in subiecto effectus secundarius caloris informantis frigidum, qui secundarius effectus a primo distinguitur, & est separabilis ab illo; bene ergo dicitur in argumento, quod illi termini esse in se, & esse in alio sunt termini virtualiter contradicentes, & non formaliter, quatenus nimirum natura sub propria personalitate potest, non terminatur aliena, attamen cum illa exigentia flare potest oppositum existentiae, ut dicitur de aliis formis incommunicabilibus in ordine ad potentiam Dei absolutam, conservando simul in eadem natura cum propria substantia etiam personalitatem alienam; & tunc sequitur tantum eandem naturam esse in proprio supposito, & in alieno, non autem esse in proprio supposito, & non esse in proprio supposito, esse in alieno, & non esse in alieno, sicut si dicam corpus meum modo in schola existens constitueret simul, & semel in Ecclesia, vel Choro, tunc utriusque valeret dicere, quod essem in schola, & essem extra scholam, scilicet in Choro, non tamen in terra, quod essem in schola, & non esse in schola; atque ideo tandem fatetur Lugo, neque hanc rationem esse convincentem.

94 Hac itaque de causa Hurtad. disp. 11. & Metaph. sect. 8. n. 24. Ariaga disp. 4. Metaph. sect. 13. subsec. 4. Ovied. loc. cit. num. 8. tenet nullam esse implicentiam personam posse assumi, id est naturam retenta propria personalitate simul quoque alia terminari, quod haec ratione probans includit quidem in opinione de positivo, substantia propria non constituit naturam formaliter non unitam alteri supposito, sed tantum habet, ut possit per se ipsam exire, ne natura, quam afficit, uniat, vel terminetur per aliam substantiam; ergo non implicat, naturam personatam assumi in sensu composito; consequentia patet, quia inde non sequuntur contradictoria formaliter, scilicet naturam esse unitam, & non esse unitam alteri supposito, sed tantum sequuntur contradictoria virtualiter, scilicet naturam esse in proprio supposito substantiam, & simul in alieno; naturam autem antecedens, naturam non esse unitam alienae substantiae dicit formaliter negationem unionis cum substantia aliena, esse vero terminatam per propriam substantiam, dicit formaliter propriam substantiam efficientem naturam; ergo naturam esse terminatam haec substantia, & carere aliena sunt effectus distincti, sicut distinguunt positivum, & negativum. Haec, inquam, ratio includit illam in opinione de positivo, verum in sententia de negativo statim solvitur negando antecedens cum eius probatione, quia cum iuxta illam personalitas propria dicit formaliter negationem unionis naturae cum alio supposito, idem propterea est formaliter naturam esse propria substantia terminatam, quod non esset alteri unitam, neque in personalitate ipsa distinguuntur effectus positivus, & negativus, quia vera nullum propterea effectum positivum exhibet substantia ergo naturam, ut dixi q. 3. art. 2. Ut igitur teneamus cum communi Theologorum personam esse inassumptibilem, ne ullum propterea fomentum detur haereticis Nestorianis, melius est defendere opinionem de negativo, quia iuxta aliam opinionem non potest evidentem ostendi contra Nestorium, quod sola natura fuerit assumpta, & non persona.

Dices, sufficienter Nestorium ex hoc convinci, quia non potest naturaliter eadem natura duplici substantia terminari, unde ex eo quod fide doceatur humanitatem esse a Verbo assumptam, & subsistere substantia Verbi; optime Patres, & Concilia intulerunt locum naturam fuisse assumptam, non vero personam, cum non sint multiplicanda miracula sine necessitate. Sed Contra hoc peribet in Cardin. de Lugo sect. 6. cit. num. 69. quia tantum, & fortasse majus miraculum est auferre a natura substantiam completam propriam substantiam, quam conservare propriam substantiam cum aliena, nam sicut detur per se repugnantia solum naturalis, & non essentialis inter duas illas substantias, sic repugnat etiam naturaliter, & multo magis manere naturam completam sine propria substantia, quae est passio ei conaturaliter debita; Car ergo magis dicendum est auferri propriam substantiam, ne subsistat miraculose eadem natura per duplicem substantiam, & non potius manere propriam substantiam, ne maneat natura sine passione conaturaliter debita; quod argumentum simile est illi, quod utitur Doctor 4. distict. 10. quaest. 2. Et ad locis definitivae, & sacramentaliter, tanto magis circumscriptivae, ac dimensivae, quia prius est miraculum majus, quam posterior.

95 Respondet Ovied. cit. num. 73. supposita substantia Verbi terminante naturam humanam nullum esse miraculum hanc conservare propria substantia, quia est substantia debita sit naturae complete, quando caret aliena, & eadem debita sit carere aliena, ut habeat propriam, ut tamen debita est eidem naturae propria substantia ex suppositione, quod habeat alienam, sicut non est debita frigiditas aquae ex suppositione, quod calore informetur, nam talis informatio supernaturalis est supra id, quod debetur aquae, & contra id, quod debetur calori, quod supponitur aqua informari. Contra, quia omnes fere concedunt humanitatem in Verbo existentem habere inclinationem ad proprium suppositum, & appetitum ad propriam substantiam, unde nituntur omnes declarare, quomodo ad hunc flante tali inclinatione non cessat natura assumpta violentem in Verbo; falsum ergo est naturam sub aliena substantia existentem non habere debitum naturae, quia hic habet inclinationem ad propriam substantiam, ha-

bet etiam debitum, quod in tali inclinatione fundatur. Confirm. ex illo ipso exemplo adducto de frigiditate aquae, quae plane debita est aquae sub calore excellenti, nam si non esset ei debita in tali statu, certe talis status non foret ei violentus, seu nocivus. Dices, frigus non sit conaturaliter recepti in aqua perseverante in ipso calore. Contra, quia cum dicimus calorem debere aquae excellenti sub calore hoc utique non debet intelligi reduplicative, quatenus calida, quia sic non est capax frigoris, sed potius ei repugnat, sed specificative, id est quae est sub calore, nam in hoc sensu est capax eius, & ad eam naturalem habet appetitum; ergo calor existens in aqua tollit ab ea debitum habendi frigus, sed tantum in sensu composito. Demum ostendo majus miraculum esse absolute loquendo humanitatem in Verbo carere propria substantia, quam si propriam haberet simul cum aliena, quia dum natura caret propria substantia, privatur effectus primario eius, & aliqua perfectione, quam per ipsam acquireret, dum autem retinet propriam substantiam etiam terminatur aliena, tunc privatur tantum effectus secundario substantiae, qui est effectus quidam negativus, scilicet exclusio alterius substantiae; ergo constituitur in primo casu in statu magis praeternaturali, vel violento, quam in secundo, quia in eo privatur effectus conaturali magis sibi debito, quam sit secundus; nam effectus primarius formae per se, & primo competit, secundarius autem veluti per accidens, & secundario, & ideo ille est magis sibi debitus, quam iste, ergo prius est majus miraculum quam poterit, & cum non sint praesumenda maiora miracula in mysteriis fidei, quando fieri possunt per minima, potius dicendum esset naturam in Verbo habere propriam substantiam simul cum divina, si hoc est possibile fieri, quam carere propria substantia, & subsistere per solum Verbi substantiam, alias etiam rationes theologicas pro opinione de negativo adducunt Scotus, & Scotista in hac materia, sed quia sumus in Metaphysica, & non in Theologia, haec sola ratio theologica sufficit.

96 Sed contra obiicit Suarez disp. 34. Metaph. sect. 2. num. 17. quod potius in nostra sententia de negativo sequitur illud inconveniens, quod suppositum, & persona sit assumptibilis absolute loquendo; probat consequentiam, quia sicut absolute concedimus tenebrosam aere posse illuminari, & animam separatam posse uniri corpori, quia esse tenebrosam, esse separatam solum negationem dicunt, ita concedendum esset simpliciter suppositum posse assumi, vel uniri alteri, quod est contra doctrinam P. P. & Conciliorum, videtur loc. citat. fateatur hoc argumentum non urgere, unde illud solvit, quia non est per ratio de supposito respectu negationis dependentiae, & aere respectu tenebrosam, quia tenebrae non sunt de essentia aere, ideoque deplus tenebris potest aere illuminari, ac independentia, seu duplex negatio dependentiae est de essentia suppositi ex Scoti, & ideo nulla ratione fieri potest, ut illud dicatur posse assumi. Haec tamen solutio non placet, postea Suarez liquidem repliare, quod sicut tenebrae non sunt de essentia aere, quem tenebrosam denominant, ita neque illae negationes sunt de essentia naturae, quam denominant independentem, & sicut illae negationes sunt de essentia naturae independentis, ut sic, seu personatae, & suppositatae, sic pariter tenebrae sunt de essentia aere tenebrosi ut sic, sumendo illud pro aggregato ex subiecto, & negatione, vel privatione, quo pacto albedo quoque dicitur esse de essentia hominis albi, ut sic. Ex alio ergo capite debet assignari disparitas, & est haec, quod suppositum alium modum habet significandi suam negationem, quam importat, quam habeat aere tenebrosus in ordine ad significandam suam privationem, nam suppositum, cum sit unicum nomen & incomplexum significat naturam, & negationem adiunctam per modum unius, & naturam suppositatam in sensu composito, ita quod ex modo significandi nequeat facere sensum divinum, & specificativum, sed tantum compositum, & reduplicativum, at aere tenebrosus cum sit terminus complexus significat subiectum, & privationem in sensu diviso, non composito, & ideo admittit sensum specificativum, id est significat aere, qui est tenebrosus, nec facit sensum reduplicativum, nisi adiungatur particula reduplicativa dicendo aere tenebrosus, ut sic, & haec est ratio cur dicitur posse absolute aere tenebrosus posse illuminari, non vero suppositum posse assumi, & communicari, quia in se includit, & reduplicat negationem communicationis, vel communicabilitatis, at bene notavit Poncius cit. num. 128. non autem quia aere tenebrosus dicitur solum luminis negationem, ut aere bar Suarez, nam non minus verum, & proprie dicitur aere tenebrosus posse illuminari, quam aquam si frigidam posse calefieri frigiditate depulsa, & pariterem nigrum posse de albari, etiam albedo, & frigus dicantur formas positivas, & non simplicem negationem.

97 At rursus insitit Suarez contra hanc responsionem num. 18. quia hic sensus compositus, quem facit suppositum significando naturam suppositatam, manifestum indicium est, suppositum non significare de formalis negationem, sicut *suppositum, & tenebrosus*, sed significare positivum formam constituentem suppositum, & fundantem illam negationem, ob quam suppositum dicitur inassumptibile, & incommunicabile. Et nisi ita dicamus, haec propositio, suppositum non potest assumi, faciet sensum ridiculum, quia significabit naturam aliam manentem independentem, & communicantem in sensu composito non posse dependere, & communicari, quod nihil est didici, perinde